

DIOECESANA

SYNODVS LAVRETANA

Ab Illustriss. , & Reuerendiss. D.

D. CARDINALI ROMA

EPISCOPO LAVRETANO,

ET RECINETENSI

Celebrata Die viii. Ian. M. DC. XXVI.




MACERATÆ, Apud Iulianum Carbonum. 1626.

~~Sommo [illegible]~~

di Berardino Carignani

Quod in Monte Pietatis nec Libri, nec Arma nec vestes laneae pro pignoribus accipiantur, sed linea nimis ——— 50.

Ordini per lo Campanaro: et in nessuno altro sinodo vi sono ——— 175.



AD CLERVM
ET POPVLVM LAVRETANVM;

VALENTINVS MANGIONIVS E SOC. IESV
Pœnitentiariæ Rector.



VÆ ab Illustrissimo, ac Reuerendiss. Domino D. CARDINALI ROMA Episcopo vestro in proxima Diœcesana Synodo præclare decreta sunt, ea Ego ipsius iussu, primum quidem collegi, in Partes distribui, & in suos digessi Titulos: nunc autem prœli beneficio publici iuris facta Vobis offero, imo verius restituo. Vestra enim sunt: non solum quia vestris examinata iudicijs, & suffragijs comprobata: sed multo magis quia è vestris moribus expressa sunt, adeo, vt mihi videar, non tàm Vobis Librum offerre, quā Speculum, in quo Ecclesiæ Lauretanæ generosissimam indolem, hoc est vestram, assidue contem-

plari possitis. Neque verò necesse habeo pluribus Vos ad exactam huius Synodi obseruationem adhortari; dum paullo attentius genera Constitutionum, quæ in ea continentur, considero. Sunt ex illis quædam multo ante, vel generalium Conciliorum, vel summorum Pontificum authoritate promulgatæ. Quis audeat Orbis Christiani vniuersi, & Dei ipsius oracula vlla ex parte negligere? Nonnullæ in Superiobus Synodis vestra etiam suffragatione confirmatæ. Cur, quod semel placuit displicere iam possit? Pleræque diuturno huius Ecclesiæ vsu, & inueterata consuetudine stabilitæ. Cur pigere iam debeat tot annorum spatio comprobatum Institutum tenere; &, quod ad hanc diem vestra sponte obseruastis, nunc, quia scripto etiam sancitum abijcere? Paucæ deniq; nunc primum additæ. At illæ quàm serio in deliberationem adductæ, quam diligenter examinatæ, quam sæpè reuocatæ ad trutinam quã sollicite super illis Prudentium, & expetita, & expectata Responsa? Illustrissimus ipse Cardinalis, ne quid indiscussum relinqueretur, Recineto relicto Lauretanas ædes per viginti ipsos dies incoluit: quanto cum incommodo sciunt, qui illarum ædium angustias norunt. Hic ille è vestro Cœtu modo plures, modo pauciores, modo singulos, modo vniuersos, humanissime excepit,


pit,

pit, patientissime audiuit, & tandem omnes, non authoritatis vi, sed rationum pondere in suam, hoc est veram, sententiam adduxit. At enim duriuscule nonnulla decreta videri possunt. non inficior, & scio valde paucorum hanc esse querelam. Sed valeat apud istos Legislatoris ingenij vis incredibilis, singulare acumen iudicij, eximia sacrorum Canonum, & Legum ciuilium peritia, longus rerum vsus, & exercita ab ipsa iuuentute in multis, maximisque negotijs prudentia: valeat illa Charitas vere pastoralis, qua Vos Gregem suum arctissime complectitur: valeat illa morum innocentia, illa probitas, illa vitæ integritas, illa in eo Dignitatis, & Potestatis gradu admirabilis plane moderatio. Quæ omnia quisquis spectabit, facile sibi persuadebit, nulla ratione Ouibus cunctandum esse, vbi vigilantissimi atq; amantissimi Pastoris Sapientia ducit, Zelus vrget, Exemplum cogit. Confidentissime dico. Si non ipse Princeps Legibus, quas tulit, paret; subditi contemnite. Ceterum non ingratum vobis futurum arbitror consilium meum, qui Illustrissimo Cardinali author fui, vt Synodum publicam lucem aspicere pateretur. Æquum enim esse censui, vt, quando sanctissimarum Constitutionum ope Cleri disciplina, Populi pietas, splendor Templorum, Religionis cultus, maiestas sacrorum

crorum perſeuerat; ipſa etiam Conſtitutiones Typographorum opera perennarent. Valete è Collegio Lauretano. Idibus Ianuarij.

M. DC. XXVI.

ij marco Beltrami ... in Lorreto



SYNODI
PARS PRIMA
CONTINENS
DECRETA DE REBVS.

Titulus I.

De obseruatione Concilij Tridentini.

SACROSANCTI Concilij Tridentini decreta, quibus contineri arbitramur totam Ecclesiasticam disciplinã, ad quam vel restituendam, vel conseruandam omnes Synodi conuocantur, inuiolabiliter ab omnibus obseruentur sub pœnis in eodem Concilio statutis, vbi verò certa aliqua pœna contra transgressores apposita non reperitur, sub pœnis nostro, vel Vicarij nostri Generalis arbitrio infligendis.



Titu-

Titulus II.

De Fide Catholica.

1 VT Fides Catholica, quæ ſalutis eſt fundamentum, ſincera, atq; incorrupta ſeruetur; Parochi, cæteriq; Rectores animarum bis ſingulis annis, initio Aduentus, & Quadrageſimæ frequenti Populo declarent teneri omnes, & ſingulos Fideles ſub pœna excommunicationis latæ ſententię ad denunciandum Nobis, vel Vicario noſtro, vel Officialibus Sanctæ Inquiſitionis cuiuſuis ſectæ Hæreticos, vel de hæreſi quomodocumq; infames, vel ſuſpectos, quales in particulari ſunt, qui ſacras Imagines violant, verba hęreticalia proferunt, Romano Pontifici auctoritatem abrogant, cœlibatum, & ſtatum Eccleſiaſticum vituperant, in excõmunicatione per annum inſordeſcunt, Sacramentis ad maleficia, vel veneficia abutuntur, & ſimiles, qui dicto, factouè Hæreticis quoquomodo fauere dignoſcuntur, aut de rebus Fidei falſa ſentire videntur.

2 Et quoniam Lauretum ex omnibus Mundi partibus magna hominum multitudo promiſcuè confluit: nec rarò contingit, vt inter eos aliqui ſint è ſuſpectis locis; mandamus quatuor Dignitatibus Lauretanæ noſtræ Eccleſiæ Cathedralis, vt huiuſmodi homines diligenter obſeruent, & de ipſorum

vita,

vita, atq; agendi ratione cognoſcant, &, ſi quem forte deprehendant verbis, vel factis minus ſanæ doctrinæ indicia præſeferre, quam citiſſimè ex Vrbe, & finibus Diœceſis expelli curent; quod ſi qui ex hoſpitibus, vel cauponibus, ſeù Tabernarijs cibos illis vetitos miniſtrare inuenerint, eos ad Nos, vel ad Vicarium noſtrum Generalem ſtatim deferant, vt pro delicti grauitate ſeueriſſimè puniantur.

Titulus III.

De Doctrina Chriſtiana.

SAlutare Chriſtianæ Doctrinæ Pueris, ac Rudibus hominibus tradendæ munus quod ſine graui peccato negligi non poteſt, magno cum animi noſtri dolore in noſtra Diœceſi languere cognouimus, quare noſtræ ſollicitudinis eſſe cenſuimus grauiore aliquo ſtimulo Curatores animarum vrgere, ne iure aliquando Dominus conqueratur, Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, & Nos quidem præſenti Decreto confidimus fore vt noſtram conſcientiam exoneremus. Viderint Parochi, & Dominici gregis Paſtores quomodo ſuæ ſint ſatisfacturi, niſi diligentiſſimè obſeruauerint infraſcripta.

1 Meminerint ſe ad hoc potiſſimum à Deo eſſe vo-

catos, vt oues sibi commissas salutari hoc pabulo nutriant.

2 Parentes, & eos, quibus Puerorum cura commissa est, sæpè publicè, & priuatim admoneant de obligatione, sub qua curare debent, vt suæ fidei concrediti Christianæ doctrinæ rudimentis informentur, & per occasionem Confessionis eosdem interrogent, an huic obligationi satisfecerint.

3 Descriptos habeant singulos suæ Parochiæ Pueros, ac Puellas à septimo saltem, vsq; ad decimum quartum annum, quo toto tempore volumus eos à Parentibus, vel Tutoribus, vel Magistris ad Ecclesiam statutis tẽporibus duci, vel mitti ad Christianam Doctrinam discendam, sub pœnis arbitrio nostro imponendis, illis qui in re tanti momenti suorum salutis notabiliter immemores sese ostendent.

4 Pueros ipsos, ac Puellas ad tàm sanctum, & necessarium studium omni conatu, atq; industria præmijs, munusculis, honoribus alliciant.

5 Singulis saltem Dominicis signo peculiari campanæ Pueros, ac Puellas ad Ecclesiam conuocent, & in ea separatim sedere iubeant, & antequam docendi initium fiat, per aliquos probatæ fidei, & diligentiæ cognoscatur qui nam è numero tàm Puerorum, quam Puellarum desiderentur, vt eodem die ad Parochum ipsorum nomina deferantur.

6 Sint etiam duo, vel plures qui, dum Christiana Doctrina docetur silentium obseruari, & alia

om-

omnia, cum ea quã decet modeſtia, & pietate, tranſigi curent.

7 Teneantur autem Parochi, & reliqui omnes animarum Paſtores ſingulis ſaltem Dominicis, vt dictum eſt, vel per ſe ipſos niſi ſint legitimè impediti, vel per alias idoneas perſonas, & Nobis cognitas, tàm ſanctum munus obire; quod ſi id per duos dies Dominicos continuos præſtare neglexerint: volumus vt ipſo facto abſq; alia declaratione incurrant ſuſpenſionem à diuinis pro decem dies duraturam.

Titulus IV.

De adminiſtratione Sacramentorum in genere.

1 IN adminiſtratione Sacramentorum cæteriſq; functionibus ſacris, & Eccleſiaſticis nullis alijs vti liceat ritibus, vel cæremonijs, quam ijs, quæ in Rituali, & Cæremoniali nouiſſimè reformatis continentur paucis quibuſdam exceptis, quæ noſtris hiſce decretis rationabili de cauſa immutanda eſſe declarabitur. Omnia ergò, & quæcumq; alia Ritualia, & Cæremonialia ſuſpendimus, & abolemus, & præſenti decreto ſuſpenſa, & abolita eſſe declaramus, non obſtantibus quibuſcumq; conſuetudinibus, quæ potius abuſus appellari debent, in contrarium. Vbi verò dubium inciderit, quid in Cæ-

remoniali, vel Rituali præſcribatur ad Deputatos referatur, quos declaramus eſſe Vicarium noſtrum Generalem, Archidiaconum, Theſaurarium, Antiquiorem Canonicum, Præfectum Chori, & Magiſtros cæremoniarum pro tempore exiſtentes, quod ſi quid altioris videatur indaginis; conſulatur Epiſcopus, &, eo abſente, Capitulum.

2 Quæ de Paſtorum reſidentia ſacris ſunt ſancita Canonibus, exactiſſime à Parochis, & animarum Rectoribus obſeruentur; & non ſolum diutius à ſuis Parochijs non abſint, ſed ſine neceſſitate extra domum non pernoctent, quod ſi vrgente neceſſitate ſit pernoctandum; idoneum Sacerdotem ſibi ſubſtituant, quem domi ſuæ, ſi nihil obſtet, relinquant, vel ſaltem in aliqua proxima habitatione, vt ab eo in omni caſu ſacramenta miniſtrari poſſint, & reliquæ partes boni Paſtoris impleri; qui huic decreto parere neglexerit, pœna quinque ſcutorum ſingulis vicibus mulctabitur, longè etiam grauiores daturus, ſi ſine Sacramentis aliquem ex hac vita migrare contigerit.

Titu-

Titulus V.

De Baptiſmo.

1 AD Sacri Fontis benedictionem, quæ in Sabbato Sancto fieri conſueuit, conueniant omnes Sacerdotes, qui ad Sacramentum Baptiſmi conferendum eodem ſacro Fonte vtuntur, & præterea omnes alij Clerici, qui in eodem loco alicui Eccleſiæ adſcripti ſunt, & tenentur aliquo titulo in eam Eccleſiam, cui ſunt adſcripti, ad diuina celebranda congregari; qui ſacræ huic Functioni non interfuerit, ſi ſit Parochus trium ſcutorum, ſi alius Clericus vnius ſcuti pœnam ſoluere cogatur per Vicarium Foraneum in pauperes erogandam.

2 Extra caſum veræ neceſſitatis Infantes domi nemo baptizare præſumat, nec vlla fœmina obſtetricis munere ordinariè fungatur, quæ prius, vel á noſtro Vicario Generali, vel Foraneo, vel proprio Parocho ſuper forma Baptiſmi nôn fuerit examinata, & approbata.

3 Infantes expoſiti, niſi certò conſtet eſſe baptizatos aliunde, quam ex teſtimonio eorumdem collo appendi ſolito, in quo teſtimonio nomen Infantis exprimitur; rebaptizentur ſub conditione; quoties verò contigerit aliquem fuiſſe Domi baptizatum, quando poſteà defertur ad Eccleſiam ritus ommiſſi exactiſſimè à Parocho ſuppleantur.

4 Ad Infantes è ſacro Fonte ſuſcipiendos nemo ad-

mitta-

mittatur, qui ſit aliqua eccleſiaſtica cenſura innodatus, vel peccator publicus, ſeù ſcandaloſus, aut non ſit confirmatus, & non ſciat memoriter recitare Orationem dominicalem, Angelicam ſalutationem, Symbolum fidei, & Decalogi præcepta: ſuper qua re Parochi conſcientiam, quo ad poſſumus, oneramus. In digreſſu verò Patrini, ſeù ſuſceptores de contracta ſpirituali cognatione propter impedimentum Matrimonij omninò admoneantur.

5 Baptizatorum omnium nomina, quæ ad præſcriptam in Rituali formam notari debebunt in libro peculiari, ſingulis annis infra octauam Aſcenſionis Parochi ad Epiſcopalem Cancellariam deferant, codice, ſeù libro, in quo notantur apud ſe retento, qui huic Decreto non paruerit duorum ſcutorum pœnam incurrat.

Titulus VI.

De Confirmatione.

VBI primum à Nobis indicta fuerit Sacramenti Confirmationis collatio, Parochorum munus erit frequenti Populo demonſtrare ex Cathechiſmo Romano, quam vim habeat hoc Sacramentum, quomodo diſpoſitos eſſe oporteat illud ſuſcepturos, quales eſſe debeant Patrini, & quænam impedimenta naſcantur ex cognatione ſpirituali,

tuali, quæ in hac ſuſceptione contrahitur, & ſi quæ ſunt alia, quæ huc ſpectare videantur. Confirmatorum verò nomina non erit ſatis notari à Cancellario noſtro; ſed prætereа tenebuntur Parochi eorumdem Confirmatorum nomina in libro, quem penes ſe habituri ſint, fideliter deſcribere ob multiplicem vſum, quem eiuſmodi liber habere poteſt.

Titulus VII.

De Sanctiſſima Euchariſtia.

1 AD Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti ſumptionem licet Fideles per ſacros Canones ſemel tantum in anno in Paſchate Reſurrectionis obligentur; Clericos tamen, qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, vel habentes ſolum minores ordines tenentur incedere in habitu, & tonſura, & alicui Eccleſiæ ſunt adſcripti, obligari volumus ſemel ſingulis menſibus, ſciantq; ſe ad vlteriores ordines nequaquam eſſe promouendos, niſi à Parocho, quod huic decreto obtemperauerint, teſtimonium habuerint.

2 Pueri, ac Puellæ ſine conſenſu Parochi vltra decimum quartum Annum Communionem ne differant, nec ad illam admittantur prius quam ab eodem fuerint inſtructi de diſpoſitione ad tantum Sacramentum ſuſcipiendum neceſſaria; & quoniam

niam non sine molestia cognouimus Parochos valde remissè in re tanti momenti se gerere; volumus vt semper parati sint docere, qui nam in Parochijs suis ad huius Sacramenti sumptionem per sacros Canones, & nostrum hoc decretum obligentur, & suam obligationem non adimpleuerint; quod si id requisiti docere non possint, vel singulis annis per octauam Ascensionis non detulerint sponte sua ad Nos, vel ad Vicarium nostrum Generalem eos, qui in solemnitate Paschali non communicarunt; toties quoties, duorum scutorum pœnam luent.

Titulus VIII.

De Pœnitentia.

1 Sacras Confessiones audire nemo præsumat, nisi sit legitimè approbatus, simulque sciat quousque ipsius Iurisdictio extendatur. Proindè Parochi omnes non solum apud se habeant Bullam legi solitam in die Cœnæ Domini, sed etiam Indicem Casuum, quos ad coercendam improborum quorumdam licentiam Nobis reseruatos esse volumus respectu Diœcesis, non autem Ecclesiæ Cathedralis, sunt autem infrascripti.

1 Homicidium voluntarium.
2 Coitus cum Bestijs.
3 Monialium Violatio.

4 In-

4 Inceſtus vſq; ad ſecundum gradum incluſiuè.

5 Peccatum nefandum.

6 Abuſus Sacramentorum ad veneficia, vel maleficia.

2 In audiendis Confeſſionibus Sacerdotes vtantur ſemper ſuperpelliceo, & ſtola, præterquam in Eccleſia Cathedrali, in qua ſatis erit ſi Canonici, Beneficiati, & Clerici ſint in ſuo habitu ordinario Clericali; neque vllam perſonam audiant in priuatis Domibus extrà caſum infirmitatis, ſed publicè in Eccleſiâ, in ſede, quæ tabellam perforatam, ſiuè craticulam habeat interpoſitam inter ipſum Confeſſarium, & Pœnitentem. Fœminæ autem ante ſolis ortum, & poſt eiuſdem occaſum non audiantur.

3 In pœnitentijs iniungendis abſtineant ab imponendis pecuniarum erogationibus, & celebratione miſſarum in ſuam vtilitatem, ſibiq; perſuadeant Confeſſarij nihil æquè ipſorum auctoritatem diminuere, & ſcandalum generare, quam ſi Pœnitentes animaduertant eos lucri temporalis gratia Spiritualia tractare.

4 In ſingulis Ciuitatis, & Diœceſis noſtrę locis inſtituatur Congregatio Clericorum, ad quam ſingulis ſaltem menſibus omnes Parochi, & Sacerdotes, & in ſacris ordinibus Conſtituti conuenire teneantur ſub pœna dimidij ſcuti ſingulis vicibus; vt inibi ſeſe exerceant in caſibus conſcientiæ examinandis, & decidendis iuxta formulam a

Nobis præscribendam.

5 Meminerint Confessarij teneri se monere Pœnitentes, qui in Confessione dixerint se fuisse ab aliquo alio Confessario sollicitatos iuxtà Constitutionem Gregorij decimiquinti, quod debent tales Confessarios deferre ad Episcopum, aut eius Vicarium, aut Officiales Sanctæ Inquisitionis. Quæ res quia grauissimi momenti est, & ex eius neglectu magna pernicies in Populo Christiano timeri meritò potest; mandamus, vt omnes Confessarij intrà mensem ab huius Decreti publicatione habeant apud se prædictæ Constitutionis Exemplar, vel summarium fideliter confectum sub pœna trium scutorum.

Titulus IX.

De *Extrema Vnctione*.

NE aliquando contingat in locis, quorum portæ noctù claudi solent, Ægrotos foris degentes sine extrema Vnctione, aut Viatico ex hac Vita decedere; ineatur aliqua ratio, vt in prædictis locis tanto incommodo occurri possit.

Titulus X.

De Ordine.

QVi imposterum ad sacros Ordines admittentur cum titulo Patrimonij, qui tamen ex mente Sacrosancti Concilij Tridentini paucissimi esse debent, & ob necessitatem Ecclesiæ; nouerint se non esse admittendos, nisi prius se obligauerint ad inseruiendum alicui Ecclesiæ festis diebus, dum in eodem loco morabuntur: patrimonia verò, sicut, & redditus Beneficiorum, vel Pensionum, ad quorum titulum ordinabuntur, ascendere debebunt ad summam scutorum triginta sex monetæ, deductis omnibus oneribus, ita vt ad victum, & vestitum ordinandorum prædicta summa integraliter remaneat.

Titulus XI.

De Matrimonio.

1 DEnunciationes, quæ solent præcedere Matrimonia non fiant nisi ab habentibus Curam animarum, vel saltem ab aliquo Clerico maturo, & nullo modo à Laycis, vel Pueris, & fiant inter Missarum solemnia, quando eiusdem loci Personæ frequentiores esse solent, vt maturè de impedimentis Contrahentium cognoscatur.

7 Ad contrahendum per verba de præſenti non admittantur ſponſi niſi ſciant recitare Orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & Symbolum fidei: neq; coniungantur vnquam niſi in Eccleſia: nullo verò modo in Domibus priuatis, ſine ſpeciali licentia noſtra, vel Vicarij noſtri Generalis, qui illã ſolum propter vrgentiſſimas cauſas concedet. Parochi, qui huic decreto non paruerint, ſingulis vicibus incidant in pœnam quinque ſcutorum,& per decem dies à Diuinis ſuſpenſi maneant abſq; vlla alia ſententia.

8 Poſt contracta ſponſalia, Matrimonij celebratio vltrà duos menſes abſq; licentia noſtra, vel Vicarij noſtri Generalis ne differatur, ſub pœna quinque ſcutorum,duobus menſibus elapſis præfigatur certus terminus ad Matrimonij celebrationem; toto verò tempore à die, quo contrahuntur ſponſalia, ad diem quo contrahitur Matrimonium per verba de præſenti, ſponſi ne cohabitent ſimul,neq; colloquantur, niſi adſtantibus Domeſticis ſub pœna decem ſcutorum toties, quoties incurrenda.

Titulus XII.

De Celebratione Miſſarum.

1 NEmò Peregrinum Sacerdotem, ſiuè Secularis ſit,ſiue Regularis ſine litteris teſtimonialibus in ſua Eccleſia celebrare permittat, & in

Ciuitate quidem eiusmodi litterarum inspectionem, & approbationem ad Vicarium nostrum Generalem pertinere volumus; In Diœcesi autem ad Vicarios Foraneos, in Ecclesijs verò Monialium sine speciali nostra licentia, vel Nobis absentibus Vicarij Generalis quicumq; Sacerdos Missam celebrare præsumpserit incurrat pœnam suspensionis absque alia declaratione.

2 Quod superioribus Synodis. immo, & sacris Canonibus prohibitum est, ne quis dum Missam celebrat subireto, vel pileolo vtatur; id, quoniam á nonnullis minus obseruari cognouimus; hoc decreto innouamus, & confirmamus. Transgressores Vicarij nostri arbitrio puniantur, etiam per suspensionem à celebratione Missæ.

3 Vbi primum cognitum fuerit aliquem Sacerdotem Ciuitatis, vel Diœcesis nostræ ex hac vita migrasse; singuli Sacerdotes teneantur semel pro illius anima Missæ sacrificium offerre; & si quidem commodè id fieri poterit, ad aliquod Altare priuilegiatum.

4 Sacerdotes de nouo ordinati non possint primam Missam celebrare nisi fuerint à Magistris Cæremoniarum approbati.

❧

Titu-

Titulus XIII.

De Horis Canonicis, & diuinorum officiorum celebratione.

1 HOræ Canonicæ non solum in Ecclesia Cathedrali quotidie publicè recitentur: sed etiam in alijs Ecclesijs Diœcesis in illis diebus, quibus hactenus recitari consuetum est, vel omnes, vel aliquæ. Et vehementer in Domino hortamur Plebanos, vt saltem in suis Ecclesijs omnibus diebus festis de præcepto, & deuotione illius loci, Missa, & Vesperæ decantentur ad spiritualem Populi consolationem; Clerici, qui illis Ecclesijs adscripti sunt, si prædictis Officijs Missæ, & Vesperarum interesse neglexerint; qualibet vice vnius iulij pœna puniantur pauperibus distribuendi per Vicarium Foraneum.

2 Præter Calendarium Romanum iuxtà cuius ritũ in Ciuitate, & tota Diœcesi nostra volumus Officia diuina celebrari, singulæ Ecclesiæ tam Cathedralis, quàm Diœcesis habeant indicem, siuè tabellam peculiarium festorum, quæ ex laudabili consuetudine, vel voti obligatione, vel alio titulo legitimo, aut à Nobis approbando celebrari consueuerunt.

3 Non solum, qui horis Canonicis statutis temporibus non interfuerint iuxtà stylum Ecclesiæ punientur; sed etiam quicumq; in Choro, antequàm

quàm diuina incohentur silentium non obseruauerint, aut aliena subsellia occupauerint, aut corporis habitu, vel gestu, vel ritu, minus modestè, & decorè se gesserint, aut dum alij psallunt litteras, libros, aliaue scripta legerint, aut cum assessoribus confabulati fuerint, aut pileum Clericalem, & vestes talares, & congruum habitum non gestauerint, aut chirothecis vsi fuerint, aut dum alij alta voce canunt, priuatim ipsi apud se horas legerint seuerè per Chori Præfectum puniantur, & Punctatores ad eiusdem Præfecti iussum delinquentes in aliquo ex supradictis punctare sub eadem pœna teneantur.

Titulus XIV.

De Oratione.

1 SIcubi non est introductum, vt circa primam noctis horam ternis campanæ pulsibus signum detur ad orandum pro animabus Purgatorij; vehementer optamus introduci; erit igitur hoc magnoperè commendatum Plebanis in locis Diœcesis, & in Ciuitate Sacristiæ Præfecto.

2 Quadraginta horarum oratio semel saltem singulis annis tàm in Ecclesia Cathedrali, quàm Plebanijs fiat cum decenti apparatu, & siquidem alicubi iam sit vsu receptum, vt alicuius particularis Sodalitij, vel Confraternitatis, vel Personæ alte-

rius

rius impenſis fiat; nemo alius grauetur; ſed Clerici omnes, qui ſunt alicui Eccleſiæ addicti, dum primo exponitur Sanctiſſimum Sacramentm, & in fine orationis reconditur, deuotè interſint in habitu, quo ſolent diuina officia peragere modo per noſtrum Vicarium Generalem præſcribendo, Vbi verò tàm laudibilis conſuetudo non eſt introducta, magnoperè optamus introduci pro prima Dominica Aduentus quotannis, vt tantò deuotius ſacrum illud tempus à fidelibus tranſigatur, & initium Anni Eccleſiaſtici peculiari pietate à Deo ducatur.

Titulus XV.

De Proceſſionibus.

1 AD Proceſſiones tàm ordinarias, quàm extraordinarias à Nobis, vel Vicario noſtro Generali indicendas, & quæ, ſi fuerint generales, ſemper à digniore Eccleſia proficiſci debebunt, & ordinari in Ciuitate quidem à Magiſtro Cæremoniarum; In Diœceſi verò à Vicario Foraneo, vel eius ſubſtituto; nullus Clericorum ire recuſet ſub pœnis, vbi non ſunt punctarores, arbitrio noſtro, vel Vicarij noſtri Generalis declarandis; quoties autem Proceſſiones extrà locorum portas fieri cõtigerit, pœnam duplicari mandamus.

2 In Proceſſionibus Clerici vtantur veſtibus talaribus,

bus, ſuperpelliceo, & pileo Clericali; niſi temporis inclementia obſtet, nec deferantur cuiuſuis generis ſigna, Vexilla, Cruces, Rotæ, Lanceæ, vel alia inſtrumenta Martyriorum, quam quæ à Nobis, vel Vicario noſtro fuerint approbata, nec in vijs aliquæ Repræſentationes fiant.

Titulus XVI.

De Exequijs; & ſepulturis.

1 Statim atque Parochis nunciatum fuerit aliquem ex hac vita diſceſſiſſe, ad tollendos abuſus in quibuſdam locis, vbi totos ferè dies campanæ pulſantur ad funus cohoneſtandum; ſtatuimus, vt inpoſterum ter ſolum pulſentur; primo quidem quando alicuius anima à corpore fuerit ſeparata; ſecundo quando Clericis, & Regularibus conueniendum erit ad Exequias; tertio dum defuncti cadauer ad Eccleſiam defertur. Porrò ad defferēdum cadauer demortui in Diœceſi, ſi Parochus ſolū proprius vocetur; feret propriā Crucē; ſi autē plures Parochi illius loci, ſiuè ipſi ſolum, ſiuè etiam aliqui Regulares, tunc omnes conuenire debebūt ad Eccleſiam Plebis, & Clerici vniuerſi procedent ſub vna Cruce communi, quam totius Cleri eiuſdem loci impenſis fieri mandamus.

2 Nullus Clericorum comitari funus audeat niſi in habitu talari cum ſuperpelliceo, & pileo clericali,

vt dictum est in titulo de Processionibus, faces autem perpetuò accensæ deferantur, nec extinguantur nisi funeris officio absoluto; si secus fiat, faces eiusmodi Parocho Defuncti cedant.

5 Antiquorum Canonum auctoritatem sequuti, statuimus, vt ad Defunctorum corpora sepelienda Ecclesiarum pauimenta nullatenus effodiantur; sed construantur cóncaua sepulcra, quæ vulgò dicuntur Tumbæ, neque vllius quantumuis nobilis, aut dignitate præstantis cadauer in sublimi collocetur, sed omninò humo defodiatur. Qui cōtrafecerint decem scutorum pœnam soluere cogantur.

Titulus XVII.

De Cultu Dierum Festorum.

1 Statuimus, vt Dies festi, in quibus Missa audiēda, & ab operibus seruilibus vacandum est, sint solum sequentes. Primùm quidem qui vniuersali Ecclesiæ consuetudine obseruantur, videlicet.

Ian. { 1 Circumcisionis Domini.
6 Epiphaniæ.

Feb. { 2 Purificationis B. M. V.
24 S. Matthiæ Apostoli.

Mart. { 25 Annunciationis B. M. V.

Maij	1	SS. Philippi, & Iacobi Apostolorum.
	3	Inuentionis S. Crucis.
Iun.	24	Natiuitatis S. Io. Baptistæ.
	29	SS. Petri, & Pauli Apostolorum.
Iul.	25	S. Iacobi Apostoli.
Aug.	10	S. Laurentij Mart.
	15	Assumptionis B. M. V.
	25	S. Bartholomæi Apostoli.
Sept.	8	Natiuitatis B. M. V.
	21	S. Matthæi Apostoli, & Euang.
	29	Dedicatio S. Michaelis Archangeli.
Oct.	28	SS. Simonis, & Iudæ Apostolorum.
Nou.	1	Festum omnium Sanctorum.
	11	S. Martini Episcopi.
	30	S. Andreæ Apostoli.
Dec.	21	S. Thomæ Apostoli.
	25	Natiuitatis D. N. Iesu Christi.
	26	S. Stephani Prothomartyris.
	27	S. Ioannis Apostoli.
	28	SS. Innocentium.
	31	S. Siluestri Papæ.

Deinde vero oēs dies Dominici. Duo dies post Dominicam Paschæ Resurectionis. Ascensio D. N Iesu Christi. Pentecostes cum duobus diebus sequenti-

bus. Festum Sanctissimi Corporis Christi.

Prætereà omnes illi dies, qui in singulis locis ex consuetudine habente vim præcepti obseruari solent v. g. quia sunt dedicati Sancto Titulari Ecclesiæ, seu loci Patrono, &c. Quales sunt in Ciuitate Lauretana omnes B. Virginis Festiuitates.

2 Neque tamen proptereà intendimus prohibere quominus celebrentur alia festa, sicuti laudabiliter celebrari intelligimus, tàm in Ciuitate nostra Lauretana, quàm in Diœcesi nonnulla ex deuotione, sed solum intelligi volumus illos, qui in huiusmodi, & similibus festis, quæ vniuersalis Ecclesiæ, vel loca particularia nostræ Ciuitatis, & Diœcesis non obseruant tanquam de præcepto, illos inquam, qui non abstinebunt ab operibus seruilibus non incursuros, neq; peccatum, neq; vllam pœnam.

3 Festis ergò de præcepto sub pœnis nostro, vel Vicarij nostri Generalis arbitrio imponendis, in generali omnia opera seruilia fieri prohibemus, in particulari autem prohibentur Mercatus, Nundinæ, & quæ ad nundinarum apparatum pertinent. Contractus omnes exceptis Iure permissis, Vecturæ rerum quarumcunq; Saltationes, Tripudia, Choreæ, Hastiludia, Comediæ, ludi scenici, seù Theatrales, Iudiciorum strepitus, Conuentus Laicorum dum diuina officia peraguntur. Hæc autem, & huiusmodi opera seruilia ità prohibemus, vt non liceat illa exercere, neq; per se, neque per famulos, aut filios familias, & in casu contrauentionis

volu-

volumus puniri Dominos, & Parentes.

4 Et quoniam in Ciuitate noſtra Lauretana increbuit notabiliter abuſus vendendi, & emendi in diebus feſtis non ſolum Victualia, quæ non prohibentur, ſed quaſcumque alias res, & merces, ſub prætextu quod à Clemente Papa ſeptimo ſit in hac re cum Mercatoribus Lauretanis diſpenſatum; neceſſarium eſſe cenſuimus deducere ad notitiam totius Populi, prout præſenti Decreto deducimus, quid prædictus Pontifex verè conceſſerit per quoddam ſuum Breue, cuius tenor eſt qui ſequitur.

Dilecto Filio Vinciguerræ Gilij Mercatori Recanatenſi. Clemens Papa ſeptimus. Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nuper tam pro tui, quàm etiam dilectorum filiorum vniuerſorum Mercatorum Coronas, paternoſtros nuncupatas in Burgo Cappellæ noſtræ Sanctæ Mariæ de Laureto Recanaten. Diœceſis vendentium parte, Nobis expoſitum fuit, quod cum pro commoditate Peregrinorum quotidie venientium conſueueritis omnibus diebus, etiam feſtiuis, & Dominicis coronas huiuſmodi eiſdem Peregrinis vendere, & ſi eas diebus ferialibus tantum venderetis, hoc profectò in non modicã deuotionis eorumdem Peregrinorum imminutionem, qui propterea ſæpe ibi vltrà eorum voluntatem immorari cogerentur tenderet, nec ſine noſtra, & huius ſanctæ ſedis licentia ſpeciali id facere vlteriùs audeatis; Nobiſque propterea ſupplicari feceritis,

vt vobis in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos ad pium propoſitum veſtrum, & eorumdem Peregrinorum commoditatem reſpectum habentes, huiuſmodi veſtris precibus inclinati, Vobis quod coronas huiuſmodi eiſdem Peregrinis etiam Dominicis, & alijs feſtis diebus liberè, & licitè, & abſque conſcientiæ ſcrupulo vendere, ac vendi facere poſſitis, & valeatis, dummodò in eiſdem diebus non laboretis, & Apothecas niſi in porta tantum apertas non teneatis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrū ſub Anulo Piſcatoris die 18. Aprilis 1534. Pontificatus Noſtri Anno xi.

Hactenus Breue, cuius diſpoſitionem per omnia ſeruari mandamus ſub pœnis iam ſtatutis extendendo conceſſionem ita vt vendi poſſint ſolum Peregrinis, & Aduenis, non tantum coronæ, ſed etiam aliæ res ſpectantes ad pietatem, & neceſſariæ ad iter proſequendum.

Titulus XVIII.

De Obſeruatione Ieiunij.

1 PRæter dies, in quibus vniuerſali Eccleſiæ præcepto, vel conſuetudine ieiunatur, mandamus

damus ab omnibus de iure obligatis obſeruari ieiunium, in die ſeptima Septembris, quæ præcedit Natiuitatem Beatiſſimæ Mariæ Virginis, ſicut hactenus laudabiliter obſeruatum eſt à multis ob ſingularem deuotionis affectum ergà eamdem Virginem Sanctiſſimam; quæ in hac Alma Domo nata eſſe creditur.

2 Ne per ignorantiam, vel obliuionem ieiunia non obſeruentur; ſtatuimus, vt pridie diei, quo de præcepto ieiunandum eſt, excepto tempore quadrageſimali, veſperi circa mediam noctis horam, detur peculiare aliquod ſignum cum campana, in Ciuitate ab Eccleſia Cathedrali, in Diœceſi ab alijs Eccleſijs Parochialibus, præmonito Populo de talis ſoni ſignificatione. Idem ſignum detur ante mediam noctem antecedentem diem Cinerum per mediam horam; ita vt omnes intelligant finito pulſu campanæ, incipere tempus abſtinendi à cibis prohibitis, & ieiunij.

In aliqua Synodi [illegible]

Titulus XIX.

De Reuerentia debita Eccleſijs, & locis Sacris.

A Locis ſacris, & Eccleſijs, quæ Domus Dei ſunt, decet omnem irreuerentiam quantum fieri poteſt amoliri. Meminerint ergò omnes in Eccleſijs prohiberi Mercatus, Nundinas, quamlibet Negotiationem, & Contractum, excepto

pto Matrimonio, Comessationes, Conuiuia, Concilia Laicorum, Iudicia omnia tàm ciuilia, quàm criminalia, Confectiones Instrumẽtorum, Deambulationes, Confabulationes, Profana, & inania Colloquia, Nutus, & Gestus impudicos, visus, & Cachinnos immoderatos, strepitus, vociferationes, Rixas, seditiones, & alia huiusmodi; quæ Dei domum dedecere videntur. Qui huius decreti transgressores fuerint, seuerè nostro, vel Vicarij nostri Generalis arbitrio punientur.






SYNODI PARS SECVNDA CONTINENS DECRETA DE PERSONIS.

Titulus I.

De Clericis in genere.

1 I quæ de Vita, & honestate Clericorum sacris sunt instituta Canonibus reuocarentur ad vsum; frustra hic à Nobis labor susciperetur, vt ad ipsorum mores conformandos hunc titulum poneremus. Verùm cogit Nos nõnullorum ignoratio, aliorum obliuio; non paucorum fortasse etiam malitia, vt hoc capite complectamur, & inculcemus quæcumq; de vita, & honestate Clericorum, vel Conciliorum decretis, vel summorum Pontificum Constitutionibus, vel Prædecessorum nostrorum statutis præclarè sancita sunt quo facilius habeantur ad manus, & (quod omninò mandamus) exactius ab omnibus obser-

uentur non solum sub pœnis in prædictis Iuribus contentis, sed etiam infrascriptis, & alijs nostro, vel Vicarij nostri Generalis iudicio imponendis.

2 Habitum igitur, & tonsuram clericalem conspicuam iuxtà constitutionem Sixti Quinti Clerici omnes ferant. Cincinnos, & comam ne nutriant. Vestes non sint viridis, vel rubei coloris, non partitæ seu discolores, & sint demissæ vsque ad talos excepto itinere, in quo licebit vti breuioribus; tibialia, & caligæ sint coloris honesti videlicet nigri, vel violacei, vel saltem subobscuri. Crepidæ, & calcei non sint incisi. Anulos præter eos, quibus Iure competit ob dignitatem, nemo gestet. Cum superpelliceo nemo stet pro foribus Ecclesiæ, vel ad fenestras domorum, vel propè officinas, seù Apothecas; extra Ecclesiam verò nullus incedat superpelliceo indutus; nisi occasione Processionum, vel funerum, vel alterius Ecclesiastici muneris, & officij. Si quis habuerit Domum propè Ecclesias, illi conceditur, vt cum superpelliceo eat, & redeat; sed tunc recta tendat, neque vlla ratione inter eundum consistat. Qui hanc decreti partem de superpelliceo seruare neglexerit, si quidem sit de corpore Ecclesiæ Cathedralis amittat ipso Iure distributiones vnius diei, & à punctatoribus punctari possit, ac debeat, si verò aliquis alius Clericus, toties, quoties triurn iuliorum pœna mulctetur.

3 Cle-

3 Clericorum inceſſus ſit grauis, & ſedatus: Aſpectus modeſtus, in omnibus quidem locis, ſed præcipuè in Eccleſia. A verbis impudicis, dicterijs, immoderato ritu, murmurationibus, ſuſurrationibus, cótumelijs, maledictis, periurijs, blaſphemijs, omninò abſtineant. Ebrietates, commeſſationes immo, & tabernas excepto itinere, rixas, contentiones, factiones, ludum alearum, taxillorum, cartarum non ſolum deuitent, nec quemquam Domi ſuæ ludere permittant, ſed eiuſmodi ludorum, ne ſpectatores quidem eſſe præſumant.

4 Et quoniam nihil æquè imminuit Clericalis ſtatus dignitatem, quam ſuſpicio vanitatis, & intemperantiæ; mandamus, ſuper hoc ſacrorum Canonum prohibitiones confirmando, & innouando, vt Clerici noſtri ſint ab his, quàm alieniſſimi. Tripudia ergò, ſaltationes, choreas, laruas, publicã ſpectacula non ſolum fugiant, ſed etiam prædictis nullatenus interſint, vitent ſuſpectorum hominum conuerſationem, in primis autem à mulierum conſuetudine, & cohabitatione abhorreant, nec vllus audeat Domi ſuæ retinere vllam mulierem, niſi ſit illi coniuncta in primo gradu, qui ſecus fecerit, manebit ſuſpenſus ipſo Iure, donec talem fœminam domi retinuerit, & alijs pœnis pecuniarijs, & etiam carceris ad arbitrium puniétur. Ancillas nemo habeat niſi à Nobis viſæ, vel à noſtro Vicario Generali tales iudicentur, tùm quo ad ætatem, tum quō ad alia, vt omni ſuſpicione va-

care meritò possint. Insuper statuimus, vt hoc ipso Beneficio tenendi Ancillas careant illi Clerici, in quorum domos ingressæ fuerint quæcumq; mulieres sub quouis prætextu etiam ipsis absentibus, vbi non sint eorumdem Clericorum Matres, vel sorores germanæ.

5 Postremò quoniam summoperè dedecet, vt qui Deo militant negotijs sæcularibus implicentur; abstineant Clerici nostri ab omni artificio sordido, & illiberali, à venationibus clamorosis, ab armorum delatione, nisi sit faciendum iter per loca suspecta, ab omni specie mercaturæ, & negotiationis, quæ licet in aliquo casu ratione paupertatis videretur permissa; censeatur tamen prohibita sub pœna scutorum quinquaginta, nisi habita prius sit licentia ab Episcopo. Deniq; nulla ratione patiantur se adduci, vt Iudicis vel Aduocati, vel Procuratoris, vel Tabellionis officio fungantur exceptis casibus Iure permissis.

6 Prædictis decretis, & pœnis non solum subiacere volumus, & mandamus omnes Clericos habentes Beneficia Ecclesiastica, vel ordines sacros, sed etiã omnes illos, qui habentes pensiones tenentur iuxtà Constitutionem Sixti Quinti ferrè habitum, & tonsuram, & prætereà Clericos constitutos in ordinibus minoribus, qui alicui Ecclesiæ sunt adscripti, & vti volunt priuilegio fori, & Canonis.

Titulus II.

De Clericis habentibus Beneficia Ecclesiastica.

1 PRæter ea, quæ de Clericis generatim dicta sunt, Meminerint habentes Beneficia Ecclesiastica, tàm simplicia, quàm curata, teneri se de iure ad non percipiendos fructus ante Bullas expeditas, & realem Beneficiorum possessionem acceptam: ad emittendam fidei professionem, si Beneficia sint curata, vel Dignitates, aut Canonicatus in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata: ad soluendum annatas; & Cathedraticum de Iure, vel consuetudine receptum: ad horas Canonicas recitandas saltem priuatim licet fortè non in Choro: ad res Ecclesiæ non alienandas; ad soluendas pensiones, si quæ fortè sunt impositæ: ad fructus Beneficiorum honestè, & laudabiliter expendendos. Qui in prædictorum aliquo deliquerit, præter pœnas in iure contentas arbitrio nostro, vel Vicarij nostri Generalis punietur.

2 Statuimus, vt inposterum non fiant locationes bonorum immobilium Ecclesiæ anticipatis solutionibus in præiudicium successorum, exceptis locationibus domorum, in quibus iuxtà consuetudinem pensionem vnius semestris tantum anticipatam permittimus; neque locationes eorundem bonorum, & multò minus concessiones in Emphiteusim fieri possint propinquis, aut Patronis, aut

cessionarijs, vel alio modo coniunctis, nisi nos aliter faciendum esse iudicauerimus pro vtilitate Ecclesiæ; & quamuis ad faciendas tales concessiones, seù locationes fuerit impetrata licentia à Sede Apostolica; prohibemus tamen executioni mandari priusquam prædictæ licentiæ fuerint Vicario nostro Generali præsentatæ, & registratæ in Cancellaria Episcopali, si contrarium fuerit attentatum declaramus eiusmodi locationes, & concessiones nullas esse, & inualidas, & transgressores incidere volumus in pœnas omnes statutas in Iure contra alienantes bona Ecclesiæ.

3 Vt bonorum Ecclesiasticorum, & Iurium Ecclesiarum conseruationi consulatur, & facilius habeatur notitia onerum, quæ singulis Ecclesijs incumbunt; mandamus vt intrà tres menses à Synodi celebratione omnes Beneficiati teneātur construere in Sacristia, vel in aliqua parte Ecclesiæ Archiuium benè munitum, cuius claues in casu grauis infirmitatis consignari debeant Vicario nostro Generali, vel Foraneo, vel Antiquiori Clerico loci, nullo verò modo Consanguineis, vel affinibus Aegrotantis, & morte subsecuta claues ipsæ tradantur Oeconomo designando, vel successori, in quo Archiuio, aut in pluribus Codicibus, aut in vno notentur omnia infrascripta.

1 Bona stabilia, & census Ecclesiæ.

2 Bona mobilia, & vtensilia spectantia ad Ecclesiam.

3 Instru-

3 Instrumenta, Apodixæ, & Contractus.
4 Solutiones onerum Cameralium, vel Episcopalium, tàm ordinariorum, quàm extraordinariorum, pensionum, & Canonum.
5 Decreta Synodalia, & Visitationum.
6 Missæ, Anniuersaria officia, & alia onera annexa Ecclesiæ.
7 Indulgentiæ, Priuilegia, Vniones, & Iura quæcumque ad Ecclesiam spectantia.
8 Memoria consecrationis Ecclesiæ, vel Dedicationis.
9 Inuentarium Sacrarum Reliquiarum si adsint.

4 Mandamus autem, vt exemplum omnium supradictorum omnes intra sex menses deferre debeant ad Cancellariam Episcopalem sub pœna amissionis dimidiæ partis fructuum vnius anni, nisi causas legitimas attulerint quo minus paruerint.

Titulus III.

De Parochis, & Habentibus Curam Animarum.

1 PRimum omnium admonendos esse censemus Parochos de grauissimis obligationibus, quas habent tanquam Dominici gregis Pastores præter supradictas de Clericis, & Beneficiatis, sunt autem quantùm à Sacris Canonibus colligimus, quæ sequuntur. 1. Residere. 2. Per suis ouibus sacri-

ficium offerre, & orare. 3. Administrare Sacramenta. 4. Concionari, & Doctrinam docere. 5. Bonum exemplum præbere. 6. Magnam habere curam pauperum, & miserabiliũ personarũ. 7. Frequenter visitare Infirmos. 8. Non admittere plura simul Beneficia curata etiam tenuissima. 9. Corrigere publica vitia, & peccata suorum subditorum. 10. Obedire Episcopo, & Synodalibus Constitutionibus.

2. Et quoniam audiuimus non sine animi nostri molestia nonnullos Rectores animarum notabiliter negligere officium instruendi Populum sibi commissum; statuimus vt nullatenus hoc omittatur, & singulis Dominicis, excepto tempore, quo in locis est publica Concio, vt inter Missarum solemnia saltem, qui se ineptos sentiunt ad sermocinandum, vel narrent vitam alicuius sancti, vel practicum exemplum ex historijs Ecclesiasticis proponant, vel eo modo, quo possunt explicent historiam currentis Euangelij, aut ex eodem colligant aliquam instructionem moralem accommodatam statui, & captui Audientium vel saltem per horæ quadrantem alta voce legant aliquid ex pio aliquo libro. Qui huic decreto non obtemperauerit singulis vicibus vnius scuti pœnam soluere cogetur.

3. Præter libros in præcedenti capite notatos habeant Curatores animarum in Archiuio suæ Ecclesiæ conseruandos, & ad nostram Cancellariam

defe-

deferendos ſub eadem pœna libros ſequentes.

1 Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimonio Coniunctorum, Defunctorum.

2 Librum ſtatus animarum, in quo diſtinctè deſcriptæ ſint familiæ, & Animæ, cum ſuis nominibus ſexu, & ætate cuiuſq.

3 Librum decimarum ſi exigantur cum taxa, & modo exigendi.

4 Faſciculum litterarum teſtimonialium, & Denunciationum matrimonialium.

5 Litteras, & Edicta Superiorum.

Titulus IV.

De Regularibus.

1 REgulares habentes curam animarum etiã ſi ſint amouibiles ad nutum adimplere teneantur omnia Decreta huius noſtræ Synodi, quæ ſpectant ad Parochos, & animarum curam concernunt; nec eorum vllus curam exercere audeat ſub pœna ſuſpenſionis, niſi à Nobis, vel Vicario noſtro Generali, & examinatoribus Synodalibus, examinatus, & approbatus; nec poſſit Sacerdotibus Sæcularibus ſuas vices cōmmittere Nobis inconſultis.

Titulus V.

De Sanctimonialibus.

1 DE Sanctimonialium disciplina vix quicquam addi potest ad ea, quæ sapienter à sacra Congregatione sub Clemente Papa VIII. decreta sunt. Mandamus ergò illa omnia quãtum fieri poterit exactè sub ijsdem pœnis seruari, & quo facilius nonnulla, quæ in nostris Visitationibus animaduertimus negligi, habeãtur ad manus; visum est ea breuiter hic adnotare.

2 Igitur in omnibus Monasterijs quotidie diuinum officium recitetur in Choro, & Matutinum quidem nunquam Vespere præcedenti, sed vel media nocte, vel in Aurora. Horæ Diurnæ, sicut & Vesperæ, & Completorium separatim dicantur, ita vt quater singulis diebus Moniales ad psallendum in Choro conuenire debeant. Prima vice ad Matutinum, & laudes: Secunda ad Horas, inter quas Missa, quam quotidie audiant, interponi poterit. Tertia vice ad Vesperas; Quarta ad Completorium. Neque audeat vlla Monialium extra Chorum diuinum officium recitare, nisi legitimè impedita, aut Sacram Communionem vltrà mensem differre; aut non adire Confessarium extraordinarium, etiam si peccatorum Confessionem cũ illo non sit factura.

3 Ad fenestras collucutorij vbiq; crates sint dupli-

ces,

ces, neq; vnquàm Monasterij portæ aperiantur ad loquendum, etiam cum parentibus, & Consanguineis, nec per crates, aut rotas cuiuscumq; ætatis pueri, aut puellæ introducantur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Exceptis verò Medico, Chirurgo, Confessario, quibus conceditur Monasterium ingredi in casibus necessarijs absque alia speciali licentia neminem intromittant Moniales sine licentia in scriptis sub eadem pœna; & Confessarius quidem etiam cum ingrediendum fuerit ob necessitatem Sacramentorum nunquam ingrediatur nisi superpelliceo, & stola indutus, & cum socio ab eo nunquam discessuro. Portæ interioris Monasterij claues semper ab Abbatissa seruentur, exterioris autem sicut, & Ecclesiæ quotidie apud Syndicos deponantur, nec vnquam sint apertæ ante lucem, vel post Solis occasum.

4 Nulli Monialium liceat quicquam proprium habere, aut vlla de re disponere absque licentia, quinimò nihil recipere possint à quoquam, & quicquid receptum fuerit Abbatissæ ostendatur, etiam si sit pecunia pretium proprij laboris, quæ semper erit deponenda in arca communi, vt ex illa prouideatur in necessitatibus Monialibus, quæ eam deposuerunt. Arcæ clausæ nemini permittantur, nec receptio vestium, anulorum, monilium, aut alterius rei quam nomine depositi apud se teneât; scriptio litterarum sine vrgenti necessitate nemini prorsus concedi debebit, quare etiam calamos, &

atramentaria Monialibus interdicimus, nisi fiat cum licentia Abbatissæ, si quæ autem litteras scribere, aut recipere præsumpserit sine licentia, seuerissimè per Abbatissam puniatur; & vltra duas vices Nos moneamur de transgresione.

5 Silentij Tempora, quæ erunt post cœnam, vsque ad nonam, exactissimè omnes obseruent, cum Externis verò, excepta famula Monasterij, & Confessario pro omnibus, & Syndicis de negotijs communibus Monasterij pro Abbatissa, & Officialibus, nullo modo colloqui poterunt diebus, qui sequuntur. Quotiescumq; fit Communio Generalis Monasterij. Omnes sextæ feriæ totius anni. A Vigilia Natiuitatis Domini vsque ad Circumcisionem inclusiuè. A Dominica in Passione vsque ad octauam Paschæ etiam inclusiuè. His temporibus exceptis, patere poterit aditus ad Moniales Sæcularibus, & quidem mulieribus, sicut & Parentibus, & fratribus germanis singulis mensibus absque alia licentia; alijs autem Viris non licebit sine speciali licentia in scriptis habita, & hoc bis tantum in anno, & tunc cum illa sola Moniali, vel Monialibus, quæ in licentia fuerint expressæ. Qui huic Decreto non paruerint, tàm Moniales, quàm sæculares vtriusque sexus nouerint se incursuros in excõmunicationem latæ sententiæ.

6 Omnes, exceptis infirmis, non in priuatis Cellis, sed in communi Dormitorio cubent, & quidem singulæ in distinctis cubilibus sub pœna priuatio-

nis

nis vocis actiuæ, & passiuæ, ac alijs pœnis arbitrio nostro imponendis. Lecti sint telis, vel cortinis circumdati, & in loco dormitorij noctu perpetuò lumen ardeat. Ad surgendum detur signum, & simul omnes surgant. Ad mensam pariter signo conuocentur, & simul in refectorium conueniãt, vt interesse possint benedictioni. Cibis particularibus exceptis infirmis nulla vescatur. E mensa simul omnes surgere debebunt, & pariter Deo gratias agere, Dum mensæ accumbunt, sicut dum opera manuum exercent, quod facere debebunt in locis deputatis, & non alibi, omnes, vel plures simul, silentium obseruetur, & interim sacra lectio non desit. Specula, Cultellos, Iocalia, & cætera sæculi vanitatem redolentia, Moniales sibi seuerissime interdicta existiment, etiam sub pœna carceris, & priuationis veli.

7 Officiales, quæ singulis saltem triennijs mutari debebunt, de rebus Monasterij extra casus licitos nullo modo disponant. In singulis Officinis, & Sacristia sint sua Inuentaria, & dati, & recepti rationes exactè teneantur. In Monasterijs sit Archiuium ad conseruandos libros, in quibus notata sint omnia bona immobilia, Iura, census, & onera Monasterij, nomina Monialium cum tempore ingressus, professionis, & mortis, prætereà sit etiam liber, in quo omnes Ordinationes, & Visitationes à Superioribus factæ conseruentur.

Per has nostas Cõstitutiones nihil intendimus

innouare circa Decreta à Nobis facta in Visitatione singulorum Monasteriorum.

Titulus VI.

De Societatibus Laycorum.

1 IN primis omnibus Confraternitatibus, tàm Ciuitatis, quàm Diœcesis præcipimus, vt infra mensem ab huius Decreti publicatione deferāt ad Nos, vel Vicarium nostrum Generalem libros Constitutionum, seù Regularum, seù Decretorum, & ordinationum, quibus vnaquæque regitur, & gubernatur, vt constare possit an aliquid mutandum, addendum, vel detrahendum sit; quod si Officiales id præstare neglexerint præter officij priuationem arbitrio nostro, vel Vicarij nostri Generalis seuerè pnnientur.

2 Priores, Syndici, Conseruatores, cæterique Officiales extracti antequàm ad officia, & administrationem admittantur, coram Nobis, vel Nobis absentibus in Ciuitate quidem coram nostro Vicario Generali, in Diœcesi verò coram Vicarijs Foraneis compareant ad suscipiendum iuramentum de fideliter administrando, & suis loco, & tempore reddenda ratione administrationis. Hortamurq; eosdem in Domino, vt eiusmodi iuramento præstito manè antequam incipiant administrare, præmissa sacramentali Confessione simul omnes Officiales

ficiales deuotè communicent.

3 Non possint Eleemosinas solitas pro libito erogare: sed fiant bullectæ per Cancellarium Confraternitatis, in quibus describatur quid, quantum, quibus personis erogandum sit, & ipsæ bullectæ per vnum ex Prioribus subscribantur, & Alter imprimat sigillum Confraternitatis; & ne generetur confusio registrentur in libro secundum tempus, in quo fuerunt factæ ordine successiuo. Libri autem sint cartulati, authentici, & benè informati, in quibus fideliter per dictum Cancellarium describantur introitus, & exitus ad reddenda computa annotatis creditis non exactis, & negocijs non completis, vt ea successores exigere, & perficere valeant.

4 Initio cuiuslibet anni computa generalia totius anni decursi reddantur, in Ciuitate quidem coram Vicario nostro Generali, vel ab eo Deputato; in Diœcesi verò coram Vicario Foraneo interuenientibus duobus electis à toto corpore Confraternitatis, & primo Officiali eiusdem. Reperti autem Debitores Confraternitatis non possint admitti ad vllam compositionem absque nostra licentia, sed concessa, si videbitur competenti dilatione, cogantur ad effectualem solutionem, quod si Priores, seù alij Officiales admiserint ad compositionem, vel dilationem incompetentem concesserint, vel fecerint nouátiones Instrumentorum; teneantur satisfacere de proprio, & si ab initio insolidum

dum obligati fuissent.

5 Qui administrauerunt bona Confraternitatis, & computa non reddiderunt, non possint extrahi ad alia officia, & si extrahuntur, non possint administrare, nisi prius computa reddiderint, & effectualiter totum debitum soluerint. Et nihil ominus, quia fortasse aliqui Debitores ob debita non soluenda, non curarent officia, & administrationes, tunc, & eo casu concedatur eis cum nostro tamen consensu cõpetens aliqua dilatio, qua elapsa cogantur omnibus legitimis remedijs soluere, & adimplere omnia, ad quæ de Iure tenentur.

6 Non possint Officiales, neque tota Confraternitas simul imponere census, & obligare bona eiusdem ob quamlibet vrgentem necessitatem, nisi à Nobis, vel Nobis absentibus à nostro Vicario Generali habita fuerit licentia. Insuper inhærendo decretis Illustriss. ac Reuerendiss. Domini Cardinalis de Aracœli Antecessoris nostri statuimus, vt si qua Confraternitas habeat montem grani, teneantur Deputati facere distributionem illius bis singulis annis; primo circa festa Natiuitatis Domini, secundo circa Pascha Resurrectionis, & debeant cum effectu exigere mutuatum per totum mẽsem Augusti, nec vllo modo possint renouare Instrumenta cum debitoribus. Quod si adhuc Confratres granum sibi mutuatum restituere neglexerint per totum dictum mẽsem per duos annos huiusmo-

iuſmodi ſubſidio careant, & nihilominus ad reſtituendum debitum compellantur.

Titulus VII.

De *Miniſtris Hoſpitalium*:

Officiales, qui Hoſpitalium adminiſtrationem habent diligenter aduertant, vt omnia opportuna Infirmis, & pauperibus Peregrinis ſuppeditentur. Mulieres à Viris, & loco, & lectis omninò diſtinctæ ſint, etiam ſi ſe matrimonio cõiunctas eſſe dicant, fœminæ Iuuenes etiamſi ſint Vxores Officialium Hoſpitalis, in ipſo Hoſpitali non permaneant ad ſcandala vitanda ſub pœna noſtro, vel Vicarij noſtri Generalis arbitrio imponenda.

Titulus VIII.

De *Adminiſtratoribus* Montium *Pietatis*.

1 Saluis in primis Ordinationibus à Nobis factis in noſtris Viſitationibus his decretis non cõtrarijs præcipimus, vt Montis Adminiſtrator nemo eſſe poſſit, qui prius idoneos non dederit fideiuſſores de fideliter adminiſtrãdo. Habeat librum cartularum, in quo omnia pignora deſcribantur, & perſonæ à quibus accepta fuerint, & quantitas

pecuniæ mutuatæ, & teneatur ſingulis annis reddere computa illis, quibus de Iure competit preſente Viçario, & Foraneo in Diœceſi. In fine autem officij ſucceſſori in Montis adminiſtratione tradantur pignora æſtimata per duos Peritos deputandos à toto Conſilio locorum.

2 Ex pecunijs Montis nemini mutuetur, niſi verè pauperibus eiuſdem loci acceptis pignoribus, quæ certò conſtet eſſe maioris valoris, quàm pecuniam mutuatam: *pignora autem ipſa, non ſint neque libri, neque arma, neque veſtes laneæ. Si Montis adminiſtrator in hoc deliquerit in redditione computorum facienda ſingulis annis cogatur dicta pignora ſibi retinere, & Monti de ſuo propriò ſatisfacere.

3 Pignora diligenter cuſtodiantur, & ne ſitu deteriora reddi contingat; ſemel ſaltem ſingulis menſibus, & ſæpius ſi oportuerit decutiantur pulueres. Et quo beneficium Montis ad plures pertineat, ſingulis annis recognoſcantur omnia pignora ad hoc vt quæ inuenta fuerint tradita ante vnum annum ſi non redimantur à Dominis, quibus prius fieri debebit legitima intimatio, ſtatim vendantur, & ſi quid ſupererit pecuniæ ſupra illam, quæ Mõti debetur, reſeruetur Dominis. In hoc ſi Montis Adminiſtrator negligens fuerit, volumus eum teneri ad omnia damna, & intereſſe, & de proprijs pecunijs Monti ſatisfacere ſibi pignoribus retentis.

Titu-

Titulus IX.

De Laycis.

1 DE Laycorum moribus non pauca ſparſim in præcedentibus titulis ſancita ſunt; quò igitur illa magis in promptu habeantur, & alia nõnulla, quæ alioquin de Iure ſeruari debent, exactiùs mandentur executioni; placuit hunc titulum Superioribus adiungere, ex quo per Vicarium noſtrum Generalem colligi quæcumq; magis neceſſaria eſſe iudicabit, & in Edicti formam redacta, quam primum Populo publicari præcipimus, & mandamus.

2 Meminerint vniuerſi nõ ſolum debere ſe Catholicam fidem, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, incorruptam ſeruare; ſed etiam ſub pœna excõmunicationis denunciare Nobis, vel Vicario noſtro Generali, vel Officialibus Sanctæ Inquiſitionis de hæreſi quomodocũq; ſuſpectos. Libros prohibitos nemo apud ſe habeat, vel legat, familiaritatem Iudæorum omnes deuitent ſub pœnis Iure ſtatutis.

3 Ad Chriſtianam Doctrinam diſcendam, Parentes, Tutores, & Magiſtri, ſi Pueros vtriuſque ſexus à ſeptimo vſque ad decimum quartum ætatis annum non duxerint, vel miſerint, quoties illa docetur à Paſtoribus animarum; ſeuerè arbitrio noſtro, vel Vicarij noſtri Generalis punięntur, & cuncti

nouerint illos, qui Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, & Præcepta Decalogi memoriter recitare nescierint, nullatenùs ad Patrini munus in Sacramento Baptismi, vel Con firmationis, aut ad Matrimonium contrahendum per verba de præsenti esse admittendos.

4 Quicumque Dei, vel Domini nostri Iesu Christi, vel Beatissimæ semper Virginis Mariæ nomen blasphemauerit, pro prima vice viginti quinque scutorum, pro secunda quinquaginta, pro tertia cẽtum pœnam soluere cogetur, & infamia notatus expelletur in exilium. Quod si fuerit Plebeius, nec fuerit soluẽdo, prima vice stabit per integrum diem ad Valuas Ecclesiæ manibus post tergum reuinctis, pro secunda publicè fustigabitur, pro tertia lingua perforata ad triremes mittetur. Blasphemantes autem Sanctos ad arbitrium punientur.

5 Caueant omnes ne Sacramentis Ecclesiæ, aut alijs rebus Sacris vlla ratione abutantur, Imaginibus Sanctorum, & multò magis Dei, ac Deiparæ, ac Sanctissimæ Cruci honorem deferant, Magicas artes, Incantationes, & genus quodcumq; maleficij, aut Veneficij deuitent sub pœnis in Iure statutis, & alijs arbitrio nostro, vel Vicarij nostri Generalis imponendis.

6 Sacramẽtum Baptismi Domi extrà necessitatem extremam non conferatur, & si conferendum sit non audeat illud ministrare Laycus præsente Clerico, nec fœmina præsente Masculo, nisi in casu,

quo

quo isti huius Sacramenti formam proferre nescirent, neque vlla mulier obstetricis munere fungatur, nisi à Vicario Generali, vel Foraneo, vel proprio Parocho examinata, & approbata sub pœnis arbitrarijs.

7 Sanctissimam Communionem non liceat differre vltrà decimum quartum ætatis annum, nisi aliter proprio Parocho visum fuerit, & pro prima vice singuli vtriusque sexus teneantur in propria Parochia cómunicare, quod etiam præstare debent vniuersi in solemnitate Paschali, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, donec huic præcepto Ecclesiastico satisfecerint, & alijs pœnis arbitrarijs, si diutius in contumacia perstiterint.

8 Ad Sacramentum Confessionis à Christo Domino constitutum in remedium peccatorum crebrò omnes accedant, & satagant facere fructus dignos pœnitentia; tempore autem Infirmitatis Medici iuxtà Constitutiones Summorum Pontificum, Infirmos vltrá tertium diem visitare ne præsumant nisi constiterit esse confessos; quod si aliquem Aegrotum absque Sacramento Confessionis, vel Viatico, vel extrema Vnctione mori contingat ex culpa domesticorum; volumus eos subiacere pœnis excómunicationis latæ sententiæ.

9 Matrimonij celebrationem vltrà duos mẽses post contracta sponsalia non liceat differre, absque speciali licentia nostra, vel Vicarij nostri Generalis, dum verò sponsi non contrahunt Matrimonium

per

per verba de præſenti, ſimul nulla ratione cohabitent, neque inuicem colloquãtur, niſi adſtantibus Domeſticis, ſub pœna decem ſcutorum ſingulis vicibus.

10 Feſta de præcepto, qualia ſunt illa, quæ vniuerſalis ſeruat Eccleſia, & alia, quæ ex laudabili conſuetudine, & tanquam de præcepto obſeruantur in locis particularibus, meminerint omnes eſſe ſanctificanda nõ ſolum audiendo Miſſam, ſed etiam abſtinẽdo ab operibus ſeruilibus per viginti quatuor horas integras, incipiendo à media nocte præcedente Diem feſtum, vſque ad mediam noctem ſequentem.

11 Declaramus autem non ſolum eſſe abſtinẽdum à Contractibus in ſcriptis, ſed etiam ab ijs, qui ſine ſcriptura celebrari ſolent, & quod ad Venditiones, & Emptiones ſpectat mandamus obſeruari Breue Clementis Septimi, vt ſcilicet in feſtis ſolum vendi poſſint coronæ, & hoc ſolum tenendo apertas Apothecas tantum in porta, indulgentes propterea, vt Peregrinis vendantur aliæ res pertinentes ad pietatem, vt ſunt cruces, imagines, medalia, candelæ, & cætera; & etiam neceſſaria ad iter continuandum.

12 Quo ad Piſtores excepto ſolum aliquo caſu neceſſitatis, prohibemus omninò; vt in feſtis, neque ad molendum ire, aut mittere poſſint, neque Farinam excernere à media nocte, vt dictum eſt, vſque ad mediam noctem ſub pœna quinque Scutorum.

13 In

13 In prædictis festis tempore diuinorum Officiorum, sicut & in omnibus sextis Ferijs ob reuerentiam Dominicæ Passionis interdicimus laruas, vulgò Mascare, Choreas, Cantilenas, & publica spectacula, sub pœnis arbitrio nostro, vel Vicarij nostri Generalis infligendis.

14 Domum Dei, quæ est Ecclesia, decet Sanctitudo. Vniuersi ergò in illa semper, sed præcipuè tempore diuinorum Officiorum magna cum reuerentia se gerant. Caueant à strepitu, vociferationibus, contentionibus, rixis, & quolibet genere percussionis, à deambulationibus, risu, impudicis aspectibus mulierum, nutibus, & gestibus indecentibus, & non solum à turpibus, sed etiam profanis, & otiosis colloquijs. Intra eandem nemo arma insolita ferre audeat, vel canes venaticos, aut accipitres introducere. Et licet sint simplicia Oratoria; prohibemus in illis recondi frumenta, blada, fœnum, & similia sub pœnis arbitrarijs. Quamuis autem sacrorum locorum immunitatem Sartam tectam esse cupiamus, nemo tamen præsumat in illis receptare delinquentes, nisi per tãtum temporis spatium, quo manus inimicorum, vel Curiæ possint effugere, sub pœna, si receptatores fuerint Clerici, Carceris per quindecim dies, si layci vigintiquinque scutorum.

15 In Plateis, & vijs contiguis Ecclesiæ agitationes ferarum, Choreę, spectacula nullo modo fiant sub pœnis ad arbitrium inferendis, neque in

eisdem

eisdem locis permittatur cantilenæ diurnæ, vel nocturnæ, aut Mimi circumforanei, quinimo hortamur Magistratus, ad quos spectat, vt neq; intra Ciuitatem prædictas cantilenas; vel Mimos patiantur ob insignem sanctitatem huius loci, & periculum scandalizandi Peregrinos.

16 Quod de Ecclesijs decretum est, sub eisdē pœnis prohibemus fieri iuxta Monasteria Monialium cum quibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ nemo loqui poterit sine licentia in scriptis, exceptis Parentibus, & fratribus germanis, & Mulieribus semel in mense, declaramus autem, quod nemo omninò cuiusuis sexus poterit cū Monialibus colloqui diebus Veneris totius anni, & quoties est Communio Generalis Monasterij, & toto tempore, quod est à Vigilia Natiuitatis Domini ad Circumcisionem, & à Dominica Passionis vsq; ad octauam Paschæ inclusiuè.

17 Præter ieiunia, quæ vniuersalis obseruat Ecclesia mandamus obseruari ieiunium die septima Septembris, quæ præcedit Natiuitatem Beatissimæ Mariæ Virginis in hac Alma Domo editæ in lucē. Ac meminerint omnes ieiunij tempora definiri à media noctè, vsq; ad mediam noctem; & semel tantum in die circa meridiem esse comedendum non autem anteà, & abstinendum à cibis illicitis, quod si Caupones ausi fuerint in diebus ieiuniorū vel alijs cibos prohibitos hospitibus, & Peregrinis apponere; toties quoties decem scurorum

pœnam

pœnam soluere cogentur.

18 Ad coercendam auaritiam, quæ in dies magis excrescit, statuimus; vt nemo insolitos contractus celebret, in quibus aliqua species vsuræ appareat præsertim census, qui solum iuxta Constitutionem Pij Quinti fieri debebunt. Notarij autem, sicut & alij Priuati, qui respectiuè Instrumenta, vel priuatas scripturas pro tertijs personis confecerint Vsurariorum pœnis, & alijs ad arbitrium subiacebunt.

19 Si quis est locus, in quo pudicitia, & castimonia ad vitanda omnia scandala efflorescere debeat, sanè Ciuitas est Lauretana, in qua Alma Domus Reginæ Virginum colitur. Statuimus ergò vt intra Ciuitatem Meretrices nullo modo habitent, & aliundè aduenientes per vnicum solum diem recipi permittimus in hospitijs, sub pœna Transgressoribus viginti quinque scutorum. Lenocinium exercentes, si postquam fuerint admoniti, vel admonitæ non se emendauerint, in exilium mittantur, neque in posterum habeant Domos Locandas, vel recipiant hospites Mulieres vllæ sine speciali licentia Vicarij nostri Generalis, quam non concedet nisi illis, quæ omni scandalo carere possint.

Hactenus Decreta Reformationis *communia toti Ciuitati, ac Diœcesi, quæ cum perlecta fuissent, omnesq; respondissent sibi placere, ab Illustrissimo, ac Reuerendissimo* D *Cardinali*

H *Episcopo*

Episcopo deputati sunt; ac nominati sequentes Officiales.

EXAMINATORES SYNODALES.

Admodum Reuerendi Domini.

Laurentius Bargagna Archidiaconus I.V.D.

Nicolaus Crucianus Archipresbyter.

Io. Bapt. Lega Primicerius I.V.D.

Mutius Andreolus Canonicus I.V.D.

Cellinus de Cellinis Canonicus.

Antonius Butanus Canonicus Licentiatus in Iure Canonico.

Clemens Politus Canonicus I.V.D.

Ioannes Bernardinus Adrianus Canonicus.

Gaspar Laisignanus Canonicus.

Reuerendi Domini.

Alexander Castellutius Beneficiatus I.V.D.

Gentiles Lambertinus Clericus Chori I.V.D.

Admodum Reu. D. Bernardinus Fanettus Plebanus Montis Luponum I.V.D.

Admodum RR. P.P. Rector, & Lector Collegij Societatis IESV.

In singulis examinibus erunt necessarij, & sufficientes examinatores quinque.

IVDICES COMMISSARII.

Admodum Reuerendi Domini

Laurentius Bargagna Archidiaconus I.V.D.

Ioannes Baptista Lega Primicerius I.V.D.

Mutius Andreolus Canonicus I.V.D.

Cle-

Clemens Politus Canonicus I.V.D.

POENITENTIARIVS PRO ILLVSTRISS. EPISC.

Admodum Reu. D. Ioannes Baptista Lega Primicerius I.V.D.

PRÆFECTVS CHORI, ET MVSICÆ.

Adm. Reu. D. Mutius Andreolus Canonicus I.V.D.

PRÆFECTVS ECCLESIÆ.

Adm. Reu. D. Clemens Politus Canonicus I.V.D.

EXEQVVTORES SYNODI.

Adm. Reu. Domini

Archidiaconus.
Archipresbyter. } pro tempore.
Primicerius.

Clemens Politus Canonicus I.V.D.

Postmodum quæsitum est an Consuetudines Ecclesiæ Cathedralis iussu Illustriss. ac Reuerendiss. Cardinalis Episcopi in scriptis redactæ, & per Deputatos recognitæ, & examinatæ atq. ab eodem Illustrissimo approbatæ cum quibusdam statutis de nouo cõditis placeret huius auctoritate Synodi confirmari, & approbari, omnesque responderunt placere, ac re ipsa confirmata, & approbata sunt. Sunt autem quæ sequuntur.

SYNODI PARS TERTIA

COMPLECTENS CONSVETVDINES ET STATVTA ECCLESIAE CATHEDRALIS.

Titulus I.

De Personis residentibus in Ecclesia Cathedrali, & earum obligationibus in genere.

1 

Esidentium in Ecclesia Cathedrali duo sunt genera, quidam enim habent Beneficia perpetua, quidam sunt amouibiles ad nutum. Beneficia perpetua habent quatuor Dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius, & Thesaurarius, septemdecim Canonici, duodecim Mansionarij, seu Beneficiati, duodecim Clerici, qui vocantur Chori. Amouibiles sunt Pœnitentiarij, Alumni Collegij Illyrici, sexdecim Musici cum suo Magistro Cappellæ, Organista, Clerici Sacristiæ, Clericus Sanctissimi Sacramenti, Missis Inseruientes, & Campanarius.

3 Beneficia perpetua duplicis sunt generis, alia enim sunt antiquioris institutionis, alia nouæ erectionis. Antiquioris institutionis Beneficia obtinent quatuor Dignitates, duodecim Canonici, Mansionarij, Clerici Chori; nouæ autem erectionis quinque Canonici adiuncti.

3 Rursus Beneficia perpetua, vel sunt liberæ collationis, vel de Iure Patronatus. Liberæ collationis Beneficia habent tres dignitates, hoc est, Archidiaconus, Primicerius, Thesaurarius; duodecim Canonici antiquioris Institutionis, & omnes Mansionarij, & Clerici Chori. De Iure patronatus sunt Archipresbyteratus pro Excellentissima Familia Peretta, & quinque Canonicatus nouæ erectionis, quorum quatuor fundati sunt à Domna Margarita Celsa de Monte Luponum, & quintus ab Illustrissimo Cardinali Sannesio.

4 Iam verò ex alijs personis, quas diximus amouibiles, Pœnitentiarij constituuntur à suis Superioribus, Alumni in Collegium Illyricum cooptantur à sanctæ Domus Protectore, Reliqui Officiales partim à Protectore, partim ab Episcopo deputantur.

5 Porrò ex supradictis Personis eliguntur varij Officiales videlicet Curati Animarũ, Sacristæ, Custodes Sanctæ Cappellæ, Præfecti Chori, & Cantorum, & Ecclesiæ, Magistri Ceremoniarum, & Chori, Punctatores, & Reuisores punctaturarum, de quibus postea Officialibus distinctè dicetur.

6 Obli-

6 Obligationes autem Ecclesiæ Cathedralis adimplendæ per supradictas Personas sunt quæ sequuntur. 1. Diuinum Officium quotidie. 2. Officium paruum Beatæ Virginis, & Psalmos Graduales, & Pœnitentiales statutis diebus recitare. 3. Missam Conuentualem quotidie. 4. Missam Votiuam singulis diebus non impeditis cantare. 5. Certum Missarum numerum quotidiè priuatim celebrare. 6. Anniuersaria pro Benefactoribus peragere. 7. Funera, & exequias curare. 8. Processionibus tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs interesse. 9. Litanias B. V. cantare. 10. Curam Animarum gerere.

7 Atque de his omnibus obligationibus deinceps erit dicendum, si tamen priùs de residentia necessaria ad illas implendas dictum fuerit, & de Interessentia in diuinis Officijs, & propter materiæ connexionem de Punctaturis, & reuisione punctaturarum.

Titulus II.

De Temporibus residendi, & de Vacationibus.

1 A Clericis Ecclesiæ Cathedralis ita postulatur residentia, vt legitimè non impeditis impunè abesse liceat tẽpore solũ Vacationũ generaliũ, & certis quibusdam diebus. Vacationes autem bis tantum in anno ordinariè conceduntur, primò ab

Octa-

Octaua Epiphaniæ, vsque ad Diem Cinerum exclusiuè; secundò. ab Octaua Corporis Christi, vsque ad primas Vesperas Natiuitatis B. M. V. item exclusiuè.

2 Et quoniam prędictis temporibus dimidia tantum pars Cleri vacat, ideò sortitò extrahuntur è singulis ordinibus Dignitatum, & Canonicorum, Mansionariorum, seù Beneficiatorum, & Clericorum Chori quinam primo loco, & qui secundo vacare debeant, & si cui commodiùs sit non suo tempore vacare; indulgetur, vt cum alio permutare possit.

3 Conceduntur prætereà omnibus Dignitatibus, Canonicis, Mansionarijs, & Clericis Chori in singulis trimestribus quatuor dies simplices; hoc est in quibus puncta non duplicantur, vel triplicantur seù, quod in idem recidit, condonantur triginta duo puncta, quandoquidem singulis diebus octo tantum puncta assignantur pro numero septem horarum Canonicarum, & Missæ Conuentualis; prædicti autem quatuor dies ad vacandum conceduntur siuè continui, siuè interpolati.

4 Per occasionem Nundinarum Recanatensium quotannis alterutro è duobus bimestribus hoc est vel in Octobri, Nouembri, Decembri, vel in Ianuario, Februario, Martio, singulis indulgentur tres dies simplices, & quod idem est, viginti quatuor puncta, vt necessaria sibi comparare possint.

In Anno Iubilei, quò commodiùs, qui volunt

ad

ad Vrbem peregrinari possint; alia quadam ratione Vacationes instituuntur. Singulis enim ex prædictis ordinibus conceduntur tres integri menses tantum, ita vt nullum prætereà punctum condonetur, incipiendo à mense Aprili, vsque ad totum Decembrem inclusiuè, adeò vt singulis trimestribus tertia solum pars vacet totius Cleri. Ac primo quidem, & secundo trimestri vacant vna Dignitas, & sex Canonici, quatuor Mansionarij, & quatuor Clerici Chori; Tertiò verò trimestri, duæ reliquæ dignitates, & quinque Canonici, & tam ex Mansionarijs quàm ex Clericis Chori quaterni. Qui nam verò quolibet trimestri vacare debeat, sors definit, & qui non suo, sed alieno trimestri vacare cupit, potest cum alio eiusdem ordinis commutare.

Titulus III.

De *Punctaturis*.

IN primis statuendum est in quibus casibus Aliqui non punctentur, licet Diuinis officijs non intersint, vndè constabit qui nam punctentur. Secundo declarandum, quæ ratio teneatur in punctandis non interessentibus.

1 Primo non punctantur qui absunt temporibus, & diebus sibi ad vacandum concessis, vt præcedēti titulo explicatum est.

2 Se-

2 Secundo Existentes in Ciuitate, si tali morbo detineantur, vt ad Chorum ire non possint, non punctantur, dummodo eadem die Domo non exeant. Vtrum autem morbus sit talis; ordinarie, Ipsorum conscientiæ standum est: aliquando tamen si de aliquo rationabilis suspicio esset, quod morbum simulasset, huic iuramentum dari poterit à Vicario Generali ad instantiam Præfecti Chori, vel Punctatorum.

3 Tertio existentes extrà Ciuitatem, si asserant se morbo fuisse impeditos, non punctantur, sed hi antequam punctaturæ recognoscantur testimonium authenticum cum debita legalitate proferre debebunt in quo Medicus cum Iuramento affirmet illum à tali die vsque ad talem diem, infirmitate fuisse detentum, ita vt Choro interesse non potuerit.

4 Quarto Custodes, & Sacristæ Sanctæ Cappellæ non punctantur, pro tempere quo in seruitio prædictæ Sanctæ Cappellæ, vel alibi de mandato Protectoris, seù Gubernatoris pro seruitio eiusdem Sanctæ Cappellæ erunt occupati, iuxta tamen Cōstitutionem Pauli Quinti, & Constitutiones Cardinalis Vrbinatis.

5 Quinto Curati Animarum, & Præfectus Sacristiæ Episcopalis non punctantur pro illo tempore, in quo actualiter occupati sunt in suo officio.

6 Sexto. Qui cantant Missam Conuentualem nō punctantur, licet absint à Choro, vna hora tātum

verbi gratia, Tertia, quæ præcedit, & altera quæ subsequitur ipsam Missam Conuentualem, exempli gratia Sexta.

7 Septimo. Qui aliquod officium exercet in Choro; verbi gratia. Magistri Ceremoniarum, Thuriferarij, &c. non punctantur pro eo solum temporis spatio, quo necessariò pro suo officio abesse coguntur à Choro.

8 Octauo. Qui sunt à parte Chori non punctantur, si tempore diuinorum Officiorum celebrent in Missam priuatim ex obligatione, quæ Beneficio sit annexa. Excepto tamen casu, in quo Nos in Choro præsentes simus, tunc enim nemini abesse licet.

9 Nonò. Notati in Tabella ad audiendas Cōfessiones non punctantur tempore diuinorum Officiorum, dummodo eo tempore actualiter Confessiones audiant, & Nos Pontificalia non exerceamus.

10 Declaramus autem non solum reliquos omnes absentes, & non interessentes non legitimè impeditos ex aliquo alio capite esse punctandos: sed etiam Hos omnes qui sequuntur.

11 Primò. Qui in Matutino veniunt ad Chorum post Psalmum, Venite, exultemus. In reliquis autem Horis post primum Psalmum: In Missis, post vltimum Kirie.

12 Secundo. Qui recedunt à Choro ante expletum diuinum Officium, seu priusquam signum

detur ab Hebdomadario.

13 Tertiò. Qui in diebus ferialibus, in quibus dicitur Officium paruum Beatæ Mariæ Virginis, veniunt ad Chorum finito primo Psalmo eiusdem Officij Beatæ Virginis.

14 Quarto. Qui absoluto Completorio Officij diuini, non intersunt Matutino, & laudibus Officij Beatæ Virginis, vel Psalmis Gradualibus, & Pœnitentialibus suis temporibus.

15 Quinto. Qui nō intersunt Processionibus tàm ordinatijs, quàm extraordinarijs, & lectioni Casuum conscientiæ in illis diebus, quibus fit; punctantur, ac si non interfuissent Horæ Canonicæ præcedenti, vel Missæ Conuentuali.

16 Sexto. Qui aduertens serò se venisse, ac proindè iam esse punctatum, non ingreditur Chorum, punctatur, ac punitur in duplum.

17 Posttemò omnes illi, quibus pro aliqua trāsgressione in Synodo imposita est pœna pecuniaria. Pūctatores tamen in casibus huius Paragraphi nō referent delinquentes in libros punctaturarum; nisi hoc illis fuerit iniunctum à Vicario nostro Generali, vel à Præfecto Chori in ijs, quæ pertinent ad ipsius Officium. Quoties verò Punctatores punctare debebunt iussu prædictorum notabunt specificè causam punctaturæ.

18 Iam verò quod spectat ad modum punctandi, circa festa natalitia in fine anni, duo Punctatores eliguntur, Vnus ab Episcopo, alter à Capitulo, &

Vterque antequam Officio fungi incipiat, de fideliter punctando præstat Iuramentum, & Deputatus quidem ab Episcopo in manibus Vicarij Generalis, electus verò à Capitulo coram ipso Capitulo.

19 Vterque etiam punctator iuxtà tempora præscripta superius, notat sibi priuatim in singulis Horis, qui nam punctari debeant, & quotidie dimisso Choro simul conueniunt conferentes inter se, qui nam punctandi sint, vt puncturæ in vtroque libro conformes esse possint.

20 Ratio autem punctorum talis est. Singulis diebus assignantur octo puncta, quæ correspondent numero, quem conficiunt septem Horæ canonicæ, & Missa Conuentualis: quod autem quibusdam diebus præter Officium diuinum, dicantur etiam Horæ Beatæ Virginis, vel Psalmi Graduales, vel Pœnitentiales; non propterea puncta excedunt numerum octonarium; Nam qui, verbi gratia nō interfuit Vesperis B. Virginis punctatur, ac si non interfuisset Vesperis Officij diuini, & qui non interfuit Matutino eiusdem Beatæ Virginis, vel Psalmis Gradualibus, qui recitantur post Completorium Officij diuini punctatur, ac si non adfuisset eidem Completorio, & qui non interfuit Vesperis Officij diuini, & Vesperis B. Virginis: non duo, sed vnum tantum punctum amittit; sic etiam licet qui desideratur in Completorio diuino, vnum perdit punctum, eo tamen quod illa die desideratur etiam in Matutino B. Virg. non propterea duo

perdit

perdit puncta, sed vnum solum.

21 Aduertendum porrò est puncta octo, quæ singulis diebus conrespondent, paria inter se reputari, ita vt non plus de Distributionibus amittat, qui Completorio verbi gratia non interfuit, quam qui Vesperis, aut etiam Matutino: ipsos tamen dies totius anni non esse pares inter se, nam pro maiori, aut pro minori solemnitate puncta duplicantur, & triplicantur, vt patet ex infrascripta

TABELLA.

Ian.	Circumcisio Domini.	3.
	Epiphania.	3.
Febr.	Purificatio B. V.	3.
	S. Matthias Apostolus.	2.
Mart.	Annunciatio B. V.	3.
Apr.	S. Marcus Euang.	3.
Maij	SS. Philippus, & Iacobus.	2.
	Inuentio Sanctæ Crucis.	2.
Iun.	Natiuitas S. Io. Baptistæ.	2.
	SS. Petrus, & Paulus.	3.
Iul.	Visitatio B. M. Virg.	3.
	S. Iacobus Apostolus.	2.

S. Ma-

Aug.	S. Maria ad Niues.	5.
	Transfiguratio Domini.	3.
	S. Laurentius.	2.
	Assumptio B. V.	3.
	S. Bartholomæus Apostolus.	2.
Sept.	Natiuitas B. Virg.	3.
	S. Matthæus Apostolus.	2.
	Dedicatio S. Michaelis Archang.	2.
Oct.	S. Lucas Euangelista.	2.
	SS. Simon, & Iudas Apostoli.	2.
Nou.	Festum Omnium Sanctorum.	3.
	Comm. omnium Fidel. Defunctorum.	3.
	Præsentatio B. Virg.	3.
	S. Andreas Apostolus.	3.
Dec.	S. Ambrosius.	2.
	Conceptio B. Virg.	3.
	S. Thomas Apostolus.	2.
	Natiuitas D. N. Iesu Christi.	3.
	S. Stephanus Prothomartyr.	3.
	S. Ioannes Apostolus, & Euangelista.	3.
	Festum ss. Innocentium.	3.
	Omnes Dominicæ per annum.	2.
	A Dominica Palmarum vsq; ad octauam Paschæ pro qualibet die.	3.

Roga-

Rogationes. 3.
Ascensio Domini. 3.
Pētecostes cum duobus diebus sequentibus. 3.
Festum Sanctissimæ Trinitatis. 3.
Festum Sanctissimi Corporis Christi. 3.

Titulus IV.

De *Reuisione punctaturarum*.

1 CIrca finem cuiuslibet trimestris fortè extrahuntur in Choro, vel in Sacristia bini è singulis ordinibus, hoc est duo ex Dignitatibus, & Canonicis, duo ex Mansionarijs, & duo ex Clericis Chori; & Hi vocantur Reuisores punctaturarum, qui per biduum saltem ante finem trimestris publicè exponunt libros punctaturarum, vt vnusquisque inspicere possit suas punctaturas: & siquidem prætendat se esse grauatum, excusare se valeat apud ipsos Reuisores, vel etiam Superiores.

2 Reuisores ergò iuxtà libros vtriusque Punctatoris computant quantum singuli ammiserint è Distributionibus totò illo trimestri, in quo tamen computo duo sunt aduertenda. Primum est quod nō habetur ratio punctorum nisi saltem sint octo, idest tot, quot respōdeant vni simplici diei in quo puncta non duplicantur, nec triplicantur, ac proptereà illi, qui verbi gratia, vltrà decem dies integros ammisit illo trimestri septem, vel pauciora

puncta,

puncta, illa puncta condonantur. Alterum est, quod si quis abfuerit per tres menses cōtinuos non legitimè impeditus ammittit omnes Distributiones conrespōdētes vni trimestri, licet fortè ob dies, in quibus puncta duplicantur, vel triplicantur iactura futura esset maior: hic tamen, qui per tres menses continuos abfuit, non poterit participare de punctaturis aliorum obuenientibus pro illo trimestri.

3 Vt autem sciatur quantum vnusquisque perdat singulis diebus simplicibus; si diuinis Officijs nō interfit; recolendum est quod ex summorum Pontificum dispositione quicumque in hac Ecclesia Cathedrali obtinent Beneficia, & sunt membra huius Cleri, & Capituli, tenētur diuidere suorum Beneficiorum redditus in quatuor partes, quarum vna est loco Præbendæ. Reliquæ tres ponuntur in Distributionibus. Quare facta supputatione in singulis diebus simplicibus, & quod idem est pro singulis octo punctis perdit.

Archidiaconus.	baioc.	33. q. 4
Archipresbyter, Prim. & Thesaurarius.	b.	32.
Canonici antiquioris institutionis.	b.	30.
Canonici quatuor nou: erect. D. Celsæ.	b.	20.
Canonicus nouæ erectionis Cardinalis Sannesij.	b.	30.
Mansionarij.	b.	18.
Clerici Chori.	b.	13. ½

4 Si

4 Si ſine legitima cauſa aliquis abſit per tres continuos menſes perdit.

Archidiaconus.	ſcut.	42	:	85
Archipresbyter.	ſcut.	41	:	25
Primicerius.	ſcut.	41	:	25
Theſaurarius.	ſcut.	41	:	25
Canonici veteris Inſtitutionis.	ſcut.	37	:	50
Canonici quatuor D. Celſæ.	ſcut.	25	:	[illegible]
Canonicus Card. Sanneſij.	ſcut.	37	:	50
Manſionarij.	ſcut.	22	:	50
Clerici Chori.	ſcut.	16	:	88

5 Porrò Reuiſores omnes, vbi taxauerint ſingulis ſuas punctaturas referent in vtrumq; librum Punctatorũ, & ẽt in folium ſeparatum, & vtrobiq; pariter omnes ſe ſubſcribent, tradẽtq; folium ipſum Syndico, vt in diſtributione pecuniarum ſingulis retineat quantum à Reuiſoribus taxatum fuerit.

Titulus V.

Quæ Officia Diuina *ſint recitanda.*

OFficium diuinum, prout comprehẽdit etiam Miſſam recitatur quotidie, vel canitur in Eccleſia Cathedrali iuxtà Rubricas Breuiarij Romani. Quoniam verò in hac Eccleſia particularia quædam feſta peculiariter celebrantur, ideo ſubijcitur infraſcripta tabella, quam in poſterum obſeruari præcipimus, & mandamus.

Mense Februario.

2 Purificatio B. M. V. dup. primæ classis.

Mense Martio.

4 S. Casimiri Confess. semid. oratio, & lect. 2. noct. propriæ.

19 S. Ioseph Spōsi B. V. dup. primæ classis. In 2. Vesp. à cap. de s. Ioachino.

20 S. Ioachini Patris B. V. dup. primæ classis. Vers. & Antiph. ad Magnificat, & ad laudes, Oratio, & lect. 2. & 3. noct. propriæ.

25 Annunciatio B. V. dup. primæ classis.

Mense Iulio.

2 Visitatio B. V. dup. pr. classis cum oct. Infra oct. lect. pr. noct. de script. currenti. In 2. noct. vt infrà oct. Natiuit. B. V. In 3. noct. lect. & Euang. Exurgens Maria, vt in die, & ex duabus fiunt tres lectiones.

26 Sanctæ Annæ Matris B. V. dup. primæ classis, & fit festum in Cappella S. Annæ videlicet Vesperæ, & Missæ.

31 S. Ignatij Fund. Soc. Iesu, dup. Omnia de communi Confess. nō Pont. Oratio Deus qui.

Mense Augusto.

5 Dedicatio B. M. ad Niues dup. maius, In primis Vesp. com. sancti Dominici, & in 2. fit

de Transfiguratione Domini cum com. B. M. ad Niues.

26 Sancti Ludouici Cófessoris (fuit 25.) orat. lect. 2. & 3. noct. propriæ.

Mense Septembri.

17 Impressio sacrorum Stygmatum in corpore S. Francisci. Oratio, lect. primi, & 2. noctur. propriæ.

Mense Octobri.

Dominica prima Octobris de solemnitate Sanctissimi Rosarij. Officium fit, vt in die S. Mariæ ad Niues. Dup. maius, lect. 2. noct. vt in 2. die infra oct. Natiuit. B.V. & cătantur Missa, & Vesp. in Cappella Aragoniæ, seù Rosarij.

1 S. Angeli Custodis Dup. eius tamen fit solum commemoratio in secundis Vesperis săcti Hieronymi.

6 S. Brunonis Confess. semid. Oratio, & lect. 2. & 3. noct. propriæ.

7 S. Brigittæ Viduæ. semid. Oratio, & lect. 2. noct. propriæ.

Mense Nouembri.


4 S. Caroli Confess. & Episcopi semid. Oratio, & lect. 2. noct. propriæ.

21 Præsentatio B. M. dup. primæ classis.

3 S. Fraçisci Xauerij Indiarum Apostoli. Dup. de communi Confess. non Pontif. Oratio Deus qui.

8 Cóceptio B. M. V. dupl. primæ classis cum Octaua. Infrà Octauam leguntur lectiones secundi, & tertij nocturni, vt infra oct. Natiuit. B. M. V. Quod si huiusmodi festum venerit in secunda Dominica Aduentus fit de festo cũ 9. lectione in Euang. Dom. & in die oct. quia erit tertia Dominica Aduentus, fit tãtum commemoratio octauæ, & in primis Vesperis fit vt in Psalt. & cap. de Dominica cum commemoratione octauæ.

10 Translatio AlmæDomus. Dup. primæ classis, fit Officium de octaua. Conceptionis mutando nomen Conceptionis in Festiuitatis.



Titu-

Titulus VI.

Tabula, siue Ordo seruandus in Ecclesia Cathedrali Lauretana in ordinandis Officijs, & cantandis Missis per totum Annum.

Mense *Ianuario.*

1	Circumcisio Domini.	Archipresbyter.
6	Epiphania Domini.	Episcopus.
18	Cathedra S. Petri Romæ.	Canonicus.
25	Conuersio S. Pauli.	Beneficiatus.

Mense *Februario.*

2	Purificatio B. V. M.	Archidiaconus.
22	Cathedra S. Petri Antiochiæ.	Beneficiatus.
24	S. Matthias Apostolus.	Canonicus.

Mense *Martio.*

7	S. Thomas de Aquino	Canonicus.
12	S. Gregorius Papa.	Cononicus.
19	S. Ioseph Spons. B. V.	Primicerius.
20	S. Ioachinus Pater B. V.	Thesaurarius.
25	Annunciatio B. V.	Archidiaconus.

Mense *Aprili,*

25	S. Marcus Euang.	Canonicus.

Mense

Mense Maio.

1	SS. Philippus, & Iacobus Apost.	Canonicus.
3	Inuentio Sanctæ Crucis.	Canonicus.
6	S. Io. ante portam Latinam.	Beneficiatus.
8	Apparitio S. Mich. Archang.	Beneficiatus.

Mense Iunio.

11	S. Barnaba.	Canonicus.
24	Natiuitas S. Io. Baptistæ.	Thesaurarius.
29	SS. Petrus, & Paulus Apost.	Episcopus.
30	Commemoratio S. Pauli.	Canonicus.

Mense Iulio.

2	Visitatio B. M. Virg.	Archipresbyter.
25	S. Iacobus Apostolus.	Canonicus.
26	S. Anna Mater B. V.	Thesaurarius.
31	S. Ignatius Confess.	Canonicus

Mense Augusto.

1	S. Petrus ad Vincula.	Canonicus,
5	Dedicatio S. Mariȩ ad Niues.	Primicerius
6	Transfiguratio Domini.	Archipresbyter.
10	S. Laurentius Martyr.	Canonicus.
15	Assumptio B. V.	Episcopus.
25	S. Bartholomæus Apostolus.	Canonicus.
28	S. Augustinus Episcopus.	Canonicus.
29	Decollatio S. Io. Baptistæ.	Beneficiatus.

Menſe Septembri.

8	Natiuitas B. Virg.	Epiſcopus.
14	Exaltatio S. Crucis.	Beneficiatus.
21	S. Matthæus Apoſtolus.	Canonicus.
29	Dedicatio S. Michaelis.	Canonicus.
30	S. Hieronymus.	Canonicus.

Menſe Octobri.

18	S. Lucas Euangeliſta.	Canonicus.
28	SS. Simon, & Iudas Apoſtoli.	Canonicus.

Menſe Nouembri.

1	Feſtum Omnium Sanctorum.	Epiſcopus.
2	Comm. omniũ Fidel. Defunct.	Archidiaconus.
3	Die prima poſt Com. Defunct.	Archipresbyter.
5	Die 2. poſt Comm. Defunct.	Primicerius.
6	Die 3. poſt Comm. Defunct.	Theſaurarius
9	Dedicat. Baſilicæ Saluat.	Canonicus.
18	Dedic. Baſil. ss. Petri, & Pauli.	Canonicus.
21	Præſentatio B.M. Virg.	Archipresbyter.
30	S. Andreas Apoſtolus.	Canonicus.

Menſe Decembri,

7	S. Ambroſius Epiſcopus.	Canonicus.
8	Conceptio B. Virg.	Archidiaconus.
10	Translatio Almæ Domus.	Archidiaconus.
21	S. Thomas Apoſtolus.	Canonicus.
25	Natiuitas D. N. pr. Miſſam.	Archidiaconus.

	Secundam.	Archypresbyter.
	Tertiam.	Episcopus.
26	S. Stephanus Prothomartyr.	Archidiaconus.
27	S. Ioannes Apost. & Euang.	Archipresbyter.
28	ss. Innocentes.	Canonicus.
31	S. Syluester Papa.	Canonicus.
	In omnibus Dom. totius anni.	Canonicus.

Excipe sequentes.

Dom. 3. Adu. quæ dr̄ Gaudete.	Thesaurarius.
Dom. 4. Quad Quæ dr̄ Lętare.	Thesaurarius.
Dominica Palmarum.	Primicerius.
Dominica Paschæ.	Episcopus.
Dominica Pentecostes.	Episcopus.
Dominica Sanctiss. Trinitatis.	Archipresbyter.
Dominica prima Octobris.	Archidiaconus.
Feria 4. Cinerum.	Primicerius.
Feria 5. in Cœna Domini.	Episcopus.
In Parasceue.	Archipresbyter.
In Sabbato Sancto.	Archidiaconus.
Feria 2. post Pascha	Archidiaconus.
Feria 3. post Pascha.	Archipresbyter.
Ascensio Domini.	Episcopus.
Vigilia Pentecostes	Cononicus.
Feria 2. Pentecostes.	Primicerius.
Feria 3. Pentecostes.	Thesaurarius.
In festo Corporis Christi.	Archidiaconus.
In Vigilia Natiuitatis Dn̄i Missam tantum.	Canonicus.

Tertio quoq; menſe Miſſam. B. V. M. pro Benefactoribus	Archidiaconus.
Tertio quoq; menſe Miſſam Defunctorum pro Benefact.	Archipresb.
Pro Excell. Duciſſa ab Altemps ſingulis menſibus.	Canonicus.
Anniuerſ. de Tyrannis.	Canonicus.
Pro Paulo Quinto. pp.	Canonicus.
Pro Cardinali Tonto.	Canonicus.
Pro Coſmo II.	Canonicus.
Pro Ferdinando I.	Canonicus.
Pro Capitoſto.	Beneficiatus.
Pro D. Maria Cicconi.	Beneficiatus.
In Die depoſitionis alicuius Canonici.	Canonicus.
Si feſta, in quibus cantat Dignitas, vel Canonicus tranſferantur, tunc in illis cantat	Beneficiatus.

Titulus VII.

De modo, quo diuina Officia recitantur.

MAioris diſtinctionis cauſa, dicetur Primò de modo ſeruando in Officio diuino, quando fit de feria. Secundò de feſto ſimplici. Tertiò, de feſto ſemiduplici. Quartò de diebus infra Octauas. Quintò de Dominica. Sextò de feſto duplici,

 in

in quo ordinat Officium Mansionarius. Septimò de festo duplici, in quo ordinat Officium Canonicus, vel Dignitas tanquam Canonicus. Octauo de festis solemnioribus, in quibus cantat Dignitas. Nono de festiuitatibus, in quibus cãtat Episcopus. Decimo de modo seruando, quando cantatur matutinum, Passiones, & Prophetiæ. Vndecimo de funeralibus, & Cereis.

De Feria.

1 QVando Officium fit de feria, ordinat officium Mansionarius, siuè Beneficiatus in habitu ordinario in prima sede Chori.

2 Psalmus. Venite, dicitur à Clerico Chori hebdomadario in medio Chori ante legile magnum.

3 Hymnus à Choro alternatim, Antiphonæ, & Versiculi alternantur à duobus Clericis Chori in propria sede, seù stallo.

4 Lectiones legũtur à Clerico Chori hebdomadario in legili in medio Chori, si sunt de scriptura; si verò legitur homilia in Euangelium, vt in Vigilijs Quadragesimæ, & Quatuor temporibus, & quando resumitur aliqua Dominica, leguntur à Mansionario hebdomadario Missæ Votiuæ.

5 Responsoria in medio Chori leguntur à duobus Clericis Chori.

6 In Laudibus ab Hebdomadario dicitur, Deus in Adiutorium, &c. Capitulum, Oratio, & annunciatur

ciatur Antiphona ad Benedictus, quæ à Clerico Chori repetitur in medio Chori. Cęteræ Antiphonæ in laudibus intonantur, & repetũtur à Clericis Chori alternatim in proprio ſtallo.

7 In horis vero Antiphonæ intonãtur in propria ſede, ſed repetuntur in medio Chori ab eodem Clerico.

8 Martyrologium canitur à Clerico Chori Hebdomadario ſemper, excepta Vigilia Natiuitatis Domini, in qua principium Martyrologij canitur à Manſionario parato cum pluuiali, & duobus Aſſiſtentibus paratis ex Clericis Chori vſque ad verba. Natiuitas Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem.incluſiuè.

9 Veſperæ Officij Diuini ordinantur ſemper lectis primis Veſperis Beatæ Mariæ, à Manſionario hebdomadario in cãtu Gregoriano in habitu ordinario excepto tempore Paſchali, quãdo hymnus, & Magnificat cantantur in cantu figurato cum Organo.

10 Antiphonæ primi Pſalmi, & ad Magnificat intonantur ab hebdomadario, reliquæ à cæteris Mãſionarijs per ordinem incipiendo à ſenioribus exceptis Antiphonis ad Magnificat in ſex ferijs ante Natiuitatem Domini, quæ intonantur à Dignitatibus, & à ſenioribus Canonicis præintonatis prius à Magiſtro Chori, Hymnus à Choro, Magiſtro Chori præeunte.

11 Verſiculi, & Benedicamus Domino, in medio Chori à duobus Clericis Chori, & cantatur feria-

le, etiam tempore Paſchali, & in ſex ferijs ante Natiuitatem Domini, ſicut etiam oratio.

12 Miſſa cantatur ab eodem Manſionario, qui ordinauit Officium ſemper de Beata Virgine, excepto tempore Quadrageſimæ, Vigilijs, & Quatuor Temporibus, & die Lunæ extra tempus Paſchale, & quando reſumitur aliqua Dominica, cum Diacono, & Subdiacono ex Clericis Chori.

13 Completorium ordinatur à Manſionario, dicto priùs, Iube Domne benedicere, à Clerico hebdomadario, in medio Chori. Antiphona ad Pſalmos intonatur à Clerico Chori hebdomadario in propria ſede, excepta Quadrageſima, in qua intonatur à Manſionario hebdomadario, & repetitur à Clerico, extrà tempus Quadrageſimæ. In Quadrageſima à duobus Clericis Chori, qui etiam dicunt, Benedicamus Domino, in medio Chori.

14 In Quadrageſima à Sabbato poſt Cineres vſq; ad Paſcha Completorium cantatur.

De Feſto ſimplici.

1 QVando fit Officium de Feſto ſimplici ordinatur à Manſionario, vt ſuprá de Feria, in omnibus, ſed feria ſexta, quando à cap. fit de B. Virg. Hymnus, & Magnificat cantantur à Muſicis.

2 Miſſa cãtatur à ſupradicto cum Diacono, & Subdiacono

diacono ex dictis Clericis Chori de Beata Virgine cum Musica, & Organo,

De Festo semiduplici.

1 ORdinatur Officium à Mansionario, siuè Beneficiato vt suprà.

2 Psalmus, Venite, in medio Chori à duobus Clericis Chori. Antiphonæ, Versiculi, & Responsoria à quatuor Clericis Chori binis ex vtraque parte, in locis vt supra, de feria. Responsoria breuia in cæteris horis, à duobus Clericis in medio Chori.

3 Lectiones primi Nocturni, & secundi, leguntur à Clerico Chori hebdomadario; tertij verò nocturni duæ primæ, à Mansionario hebdomadario Missæ Votiuæ, tertia verò ab ipso Ordinante officium, & Absolutio à primo Beneficiato, qui est in Choro.

4 In laudibus, Antiphonæ ad Psalmos intonantur à duobus Clericis Chori, & repetuntur ab ijsdem in proprio stallo. Hymnus à Choro. Antiphona ad Benedictus, ab hebdomadario, & repetitur à duobus Clericis Chori, in medio Chori.

5 Missa à Mansionario hebdomadario, cum Diacono, & Subdiacono ex Clericis Chori, cum Musica tantùm; Tempore verò Paschali cum Organo,

6 Vesperæ ordinantur à Mansionario supradicto. Hymnus, & Magnificat cum Musica absque Organo, pæter tēpus Paschale in quo adhibetur etiam Organum. Hymnus intonatur à Magistro Chori.

8 Antiphonæ intonantur à Mansionarijs, vt suprà de feria.

9 Completorium, vt supra, Vers. & Benedicamus Domino, à duobus Clericis Chori.

De Infraoctauis.

1 OFficium ordinatur, vt suprà de Festo semiduplici, in omnibus.

2 In Missa, & Vesperis adhibetur, & Musica, & Organum, & non incensatur.

3 Vesperæ cantantur à dicto Mansionario hebdomadario in prima Sede Chori.

4 Hymnus intonatur ab hebdomadario, & cantatur hymnus, & Magnificat cum Musica, & Organo. Antiphonæ, vt supra de feria, intonantur à Mansionarijs.

5 Completorium, vt suprà in Festo semiduplici.

6 Infra Octauam Corporis Christi ordinat Officiũ Mansionarius vt suprà, sed in Vesperis sedet indutus pluuiali in scamno ad cornu Epistolæ, cum assistentibus duobus Clericis Chori, & incensatur tàm in Missa, quam in Vesperis.

De Dominica.

1 ORdinat Officium Canonicus hebdomadarius incipiens à Matutino in prima sede Chori.

2 Psal-

2 Psalmus, Venite, Antiphonæ, Vers. & Responsoria vt supra de Festo semiduplici.

3 Lectiones primi nocturni, á Clerico Chori hebdomadario, secundi à Mansionario Missæ Votiuæ, tertij verò duæ primæ à Clerico, qui sequitur post hebdomadarium, tertia autem ab eodem Canonico hebdomadario.

4 Absolutiones primi, & secundi Nocturni, ab hebdomadario Canonico, tertij à Dignitate, seù antiquiori Canonico, Dignitatibus deficientibus. In laudibus omnia, vt in festo semiduplici.

5 Tertia cantatur, & ordinatur à Canonico, qui sequitur Hebdomadarium. Nam Hebdomadarius paratur in Sacristia pro cantanda Missa Conuentuali.

6 Missa canitur ab eodem Hebdomario cum Diacono, Mansionario, & Clerico Chori, Subdiacono pariter hebdomadarijs, cum Musica, & Organo, & incensatur tàm in Missa, quàm in Vesperis, vt in Rubrica, Miss. & Cerem.

7 Aliæ Horæ Canonicæ etiam ordinantur à Canonico, vt suprà in Festo semiduplici.

8 Vesperæ ordinantur à Canonico hebdomadario in scamno prædicto ad cornu Epistolæ, cum duobus Mansionarijs assistentibus paratis pluuialibus. Antiphonæ primi psalmi, & ad Magnificat, ab Hebdomadario supradicto intonantur.

9 Ceteræ verò Antiphonæ præintonantur à dictis Assistentibus paratis Canonicis dignioribus stanti-

bus

bus in Choro per ordinem. Hymnus à dicto Canonico hebdomadario intonatur, & canitur à Cantoribus, vt etiam Magnificat cum Musica, & Organo.

10 Vers. & Benedicamus, à dictis duobus Mansionarijs paratis ante Altare in medio Chori.

11 Thurificatur ordine infrascripto de Duplici.

12 Post Vesperas immediate Cononicus paratus cũ Assistentibus, & cæteris Ministris procedit intus Almam Domum, & stat ante Altare donec cantetur Motectum à Cantoribus, quo completo Assistentes parati cantant Vers. B. M. & dictus Canonicus cantat orationem tempori congruentem.

13 Completorium ordinatur à Mãsionario, etiam si Canonicus reliquum Officium ordinauerit, quod fit semper excepto Sabbato Sancto in quo ordinatur ab Archidiacono parato cum duobus Assistentibus Mansionarijs pariter paratis.

De Duplicibus, in quibus ordinat Officium Mansionarius.

1 QVando fit Officium de Festo duplici ordinario, & non de præcepto, Mansionarius, siuè Beneficiatus ordinat Officium incipiẽdo à primis Vesperis paratus cum pluuiali, & duobus Clericis de Choro assistentibus in scamno parato in cornu Epistolæ apud Altare dicto Paternoster.

Deus

Deus in Adiutorium, intonat Antiphonam primi Psalmi.

2 Reliquæ Antiphonę intonantur à senioribus Mansionarijs stantibus in Choro per ordinem, & à Magistrò Chori cum Beneficiatis, & Clericis Chori cantantur, & replicantur, & Psalmi intonantur à Magistro Chori.

3 Capitulum. cantatur ab Hebdomadario parato in scamno, vt suprà à quo etiam intonatur Antiphona ad Magnificat, & cantatur Oratio.

4 Hymnus intonatur ab eodem Hebdomadario, & cantatur, à Cantoribus cum Musica, & Organo, sicut etiam Magnificat.

5 Versiculi, & Benedicamus Domino. à dictis Clericis paratis ante Altare in medio Chori.

6 Ad Magnificat. incensatur hoc ordine.

Intonata Antiphona ad Magnificat, Hebdomadarius prædictus sedet, & ponit thus in Thuribulum, & quando Cantores intonant Magnificat, stat Hebdomadarius cum Assistentibus, & facta reuerentia Choro, & Cruci, ante Altare Chori, præcedentibus Thurifer ario ex Clericis Chori, & duobus Clericis cum Candelabris, & cereis accensis, & Magistro cæremoniarum procedunt ad incensandum prius Altare Sanctissimi Sacramenti, Assistentes parati habent in medio ordinantem Officium, qui thurificat Altare iuxta Rubr. Miss. & Cærem.

7 Quod si in aliqua Cappella, seù Altari fuerit ex-

 positum

positum Sanctissimum Sacramentum pro oratione quadraginta horarum, seu alia de causa, incensatur Sanctissimum Sacramentum expositum, non Cappella Sanctissimi Sacramenti.

8 Secundò. Altare intus Almam Domū; quod si ob celebrationem Missarum, vel alio iusto impedimento non possit thurificari dictum Altare; tunc incensatur Altare Annuciationis.

9 Vltimò. Altare Chori excepto, quando præsens est Episcopus, vel in Altare Chori adest expositum Sāctissimum Sacramentum, vt in tota Octaua Corporis Christi, quia tunc incensatur dictum Altare tantum, postea à primo ex Assistentibus paratis incensatur ordinans Officium, & à Clerico Chori Acolitho incensatur Chorus, idest primò Dignitates, & Canonici, deindè Assistentes parati, & reliqui morè solito.

10 Ad Matutinum, & cæteras Horas. Omnia, vt suprà in Festo semiduplici, exceptis Antiphonis, quæ duplicantur.

11 Missa vt suprà in dicto Festo semiduplici, sed thurificatur morè solito, & adest Musica cum Organo.

12 In secundis Vesperis. Vt in primis. Completorium. Vt in semiduplici.

De

De Officio duplici in Festis de præcepto, & quoties ordinat Officium Canonicus, vel Dignitas, vt Canonicus.

1 QVando ordinat Officium Canonicus. In Festis duplicibus incipit à primis Vesperis, & paratus cum duobus Mansionarijs, pluuialibus à Sacristia procedit præcedentibus Magistro Cæremoniarum, & duobus Clericis cum candelabris, & Cereis accensis, & vltimò Assistentes parati medium habentes Canonicum ordinantem officium; & factis debitis reuerentijs Choro, & Altari cum genuflexione, vbi paulisper orauerint, procedunt ad scamna parata in cornu Epistolæ apud Altare, & dicto Pater noster, Deus in Adiutorium, &c. Ordinans intonat Antiphonam primi Psalmi præintonata prius à digniori Mansionario parato, & cum intonatur primus Psalmus, sedet cum dictis Assistentibus.

2 Quatuor reliquæ Antiphonæ, præintonãtur à dictis Assistentibus, Dignitatibus, & primis Canonicis stantibus in Choro per ordinem.

3 Capitulum cantatur, & Hymnus intonatur à dicto Canonico præintonatus prius à digniori Assistente parato. Antiphona ad Magnificat, intona-

tur à dicto Canonico hebdomadario, præintonata ei vt ſupra.

4 Verſ. & Benedicamus, à dictis duobus Manſionarijs paratis ante Altare in medio Chori.

5 Thurificatur, vt ſuprà dictum eſt de Feſto duplici, quando ordinat Officium Manſionarius.

6 Oratio cãtatur à dicto Canonico hebdomadario tenente librum Clerico Chori hebdomadario, & ſtantibus hinc inde duobus Clericis Sacriſtiæ cum candelabris, & cereis accenſis.

7 Matutinum, & cæteræ horæ. Vt in Dominica, excepto quod dupplicantur Antiphonæ.

8 In ſecundis Veſperis. Vt in primis. Sed in ſecundis cantatur Motectum, vt in Dominica, veſperis abſolutis.

9 Miſſa. vt in Dominica, cum Muſica, & Organo, vt etiam ad Veſperas, & in Miſſa aſſiſtunt Credentiæ duo Clerici Chori.

10 Completorium. Vt in Dominica.

11 Quoties cãtat Canonicus, vel Dignitas Miſſam, etiam Defunctorum, incenſatur ſecundum Cæremoniale.

De Feſtis ſolemnioribus, quando cantat Dignitas.

1 IN Feſtis ſolemnioribus, in quibus ordinatur Officium à Dignitate. Fit vt ſuprà de feſto du-

plici,

plici, quando cantat Canonicus, excepto quod nona lectio cantatur semper (licet non cantetur Matutinum) à Dignitate ordinante Officium, vt cãtatur Te Deum, &c. à Cantoribus cum Organo, & postquam dixerit, Deus in adiutorium, pro Laudibus, procedit ad Sacristiam, & paratur cum duobus Mansionarijs pluuialibus, & dum in Choro dicitur Psalmus, Laudate Dominum de Cœlis, præcedentibus Magistro Cæremoniarum, & duobus Clericis Sacristiæ cum candelabris, & cereis accensis procedunt ad Chorum, & factis debitis reuerẽtijs Choro, assurgentibus omnibus de Choro, ante Altare genuflectunt, & paulisper orant, & posteà sedent in scamnis paratis in cornu Epistolæ apud Altare (& scamnum pro Dignitate debet esse aliquãtò altiùs cæteris) donec perficiatur dictus Psalmus, Laudate Dominum de Cœlis, & replicetur Antiphona.

2 Capitulum legitur à Dignitate prima post celebrantem, quæ est in Choro; & Hymnus alternatim à Choro cantatur. Dignitas, & Assistentes parati stant: & in fine Hymni, dicti Assistentes cantant Vers. ante Altare in medio Chori.

3 Antiphona ad Benedictus, intonatur à Dignitate supradicta, præintonante eam Dignitati primo Assistente parato. Dum à Cantoribus cantatur Antiphona, imponitur thus in Thuribulum à dicta Dignitate ministrante nauiculam primo Assistente, & Thuribulũ Clerico Chori hebdomadario, & dũ intonatur

tonatur

tonatur Benedictus, procedunt ad incensandum Altare Chori tantùm, & incensatione Altaris expleta, à primo ex Assistentibus paratis incensatur Dignitas prædicta, & Chorus à Clerico Chori hebdomadario secundum Rubr.

4 In alijs Horis. Vt suprà de Canonico dictum est.

5 Missa cantatur à Dignitate, quæ ordinauit Officium. Diaconus erit ex Mansionarijs hoc ordine. Primus Beneficiatus, siuè Mansionarius, Archidiacono, Secūdus, Archipresbytero, Tertius, Primicerio, Quartus, Thesaurario.

6 Subdiaconus, ex Clerico Chori eodem ordine.

7 Duo ex Clericis Chori cum superpelliceo assistunt Credentiæ, & ministrabunt ea, quæ necessaria sunt..

8 Vesperæ, tàm primæ, quàm secundæ, cantantur à Dignitate eodem modo, quo dictum est de festis, in quibus cantat Canonicus, excepto quod parantur cum Dignitate Quatuor Beneficiati, & per ordinem præintonant Antiphonas Dignitatibus, & Senioribus Canonicis in Choro stantibus. Cætera vt suprà de Canonico dictum est.

9 In secundis Vesperis, quando non sunt cantandæ Litaniæ B. V. vel Processiones faciendæ, cantatur Motectum à Cantoribus immediatè post Vesperas, vt suprà in Dominica dictum est.

De

De Festiuitatibus, quando cantat Episcopus.

1 QVando Episcopus cãtat solemniter Missam, & Vesperas, seruarur Cæremoniale, & ad Vesperas præintonabit Antiphonas Episcopo, & cæteris prout in Cærem. & cantabit Capitulum Mansionarius hebdomadarius indutus Tunicella. Hymnum præintonabit Episcopo primus Mansionarius.

2 Diaconus, & Subdiaconus in Missa erunt Canonici incipiendo à Iunioribus, hoc modo.

Iunior Canonicus Epistolam cantabit, & secũdus Euangelium. Ad secundam Cappellam, secundus, qui aliàs Euangelium, cantabit Epistolam, & tertius Euangelium. Qui in tertia Capella cantabit Epistolam, & quartus Euangelium, & sic dicitur singulis vsq; ad duos seniores Canonicos, qui semper erunt Assistentes.

3 Ministri, ad librum, Candelam, Mitram, Baculum pastoralem, ad Thuribulum, erunt Clerici Chori secundum dispositionem Cæremonialis.

4 Ad Candelabra Clerici Illyrici, his deficientibus duo vltimi Clerici Chori.

De Festiuitatibus, in quibus cantatur Matutinum, & quo ordine.

1 IN nocte Natiuitatis Domini. Absente Episcopo cantatur Matutinum, & ordinatur Officium à prima Dignitate parata cum duobus Mansionarijs paratis pluualibus, & sedent in scamnis paratis in cornu Epistolæ apud Altare, & dicto Pater noster, à dicta Dignitate incohatur voce alta, Domine labia &c. & Deus in Adiutorium.

2 Inuitatorium, & Psalmus Venite, cantantur à dictis duobus Mansionarijs paratis in medio Chori ante Altare in legili ad hoc parato, ac etiam Vers.

3 Hymnus. Intonatur à dicta Dignitate præintonāte eum primo Assistente, & prima Antiphona primi Nocturni etiam intonatur à dicta Dignitate.

4 Reliquæ Antiphonæ. Intonantur, & replicantur à Cantoribus.

5 Lectiones. Cantantur à Canonicis incipiendo à Iunioribus per ordinem in legili in medio Chori. Nona lectio cantatur ab ordinante officium in suo scamno apud Altare, & ad verba Euangeliorum ad sunt Clerici cum funalibus. Quatuor ad primum, & & secundum. Sex verò ad tertium.

6 Te

6 Te Deum, intonatur ab ordinante Officium, & à Cantoribus cantatur cum Musica, & Organo.

7 Laudes, non cantantur, sed leguntur, vt in duplicibus Festis.

8 Præsente verò Episcopo ordinat officium ipse Episcopus in cappa, vt in Cerem. & septima, & octaua lectio cantantur à duobus Canonicis, qui post octauam lectionem debent esse Assistentes, nona verò ab ipso Episcopo.

9 In die Paschatis Resurrectionis cantatur Matutinum, ordinãte officium prima Dignitate, absente Episcopo, cum paramentis, vt suprà in nocte Natiuitatis.

10 Lectiones, cantantur in legili in medio Chori à duobus Iunioribus Canonicis, sed tertia ab ipso ordinante officium in suo scamno parato, vt supra.

11 Præsente verò Episcopo cantantur à duobus Assistentibus, & tertia ab ipso Episcopo.

12 In Hebdomada maiori, Matutinum Tenebrarũ ordinat Archidiaconus, vel eo absente maior Dignitas, quæ est in Choro.

13 Antiphonæ, intonantur, & replicantur à Cantoribus. Psalmi à Choro alternatim.

14 Lectiones primi Nocturni cantantur secundum dispositionem Magistri Capellæ. Reliquas sex cãtant duo Clerici, duo Mansionarij, & duo Canonici incipiendo á Iunioribus, & mutantur quolibet sero.

15 Respõsoria, Benedictus, & Miserere cũ Musica.

16 In Die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, ordinat Officium Archidiaconus paratus in suo stallo.

17 Inuitatorium, & Psalmus Venite, cantantur à Mansionarijs in habitu ordinario. Antiphonæ intonantur, & replicantur à Cantoribus, qui etiam cantant responsoria. Psalmi à Choro.

18 Lectiones cãtãntur à tribus Clericis Chori, Mãsionarijs, & Canonicis Iunioribus.

De Passionibus, & Prophetiis.

1 PAssiones cantantur hoc ordine. In Dominica Palmarum tres Cantores, & ad verba, turbarum Musica. Feria tertia, tres Clerici Chori. Feria quarta tres Mansionarij. Feria sexta in Parasceue tres Canonici, & Musica ad verba turbarũ. Cantantibus autem Canonicis tenent librum tres Clerici Inseruientes Missis.

De Funalibus, & Candelabris.

AD modum celebrandi diuina Officia pertinet etiam quod spectat ad Funalia, & Candelabra cum cereis.

1 Funalia ad Eleuationem Sanctissimi Sacramenti in Missa, quando cantat Episcopus, sunt octo, & deferuntur per Clericos Collegij Illyrici, his deficien tibus per Clericos Sacristiæ, & Inseruientes Missis.

2 Quan-

2 Quando cantat Dignitas, ſunt ſex, & quando Canonicus, quatuor, & deferuntur per Clericos Illyricos, & illis abſentibus per Clericos Chori cum coctis.

3 Quando cantat Manſionarius, ſunt duo, & deferuntur per Clericos Sacriſtiæ.

4 In Miſſa, celebrāte Epiſcopo, ad Euangelium deferuntur ſeptem funalia per Clericos Illyricos, & ipſis deficientibus per Clericos Sacriſtiæ, & Inſeruientes Miſſis,

5 In Matutino verò Natiuitatis Domini Noſtri, ad primum, & ſecundum Euangelium, Quatuor, Sex ad tertium, funalia deferuntur à Clericis Illyricis, vel Inſeruientibus Miſſis. Quod ſi Matutinum ordinat Epiſcopus, ad Euangelium Funalia ſunt octo deferenda per Illyricos vt ſuprà, &c.

6 Candelabra duo cum cereis accenſis, quando celebrans cum Miniſtris procedit à Sacriſtia ad Chorum ad Miſsā, vel ad Veſperas, vel quādo cantatur Euangelium, vel Oratio, vel quando proceditur ad incenſandum Altare Sanctiſſimi Sacramenti, & Almæ Domus, vel quando fit abſolutio mortuorum, & proceditur ad incēſandū ſepulturā, vel cadauer, aut reuertūtur Celebrātes ad Sacriſtiam, mane deferuntur à Clericis Sacriſtiæ. A Prandio verò in feſtis de præcepto à Clericis Inſeruientibus.

7 Quando cantat Epiſcopus, Candelabra ad Orationem pro Tertia, & pro Veſperis deferuntur per Illyricos, vel per vltimos Clericos Chori.

Hora di vespro

Titulus VIII.

De Temporibus Diuinorum *Officiorum*.

1 AD Matutinum toto anno pulſatur ſemper in ortu ſolis, & dimidia hora durat pulſatio, ſicut ad Tertiam, & ad Veſperas.

2 Ad Tertiam pulſatur, elapſa vna hora cum dimidia poſt Completum Matutinum, & Primam, niſi aliud ſuadeat neceſſitas Eccleſiæ.

3 In diebus vero Ieiuniorum ad Tertiam pulſatur tali hora, vt finita Miſſa, ſit hora comedēdi pro ieiunio, & antequam celebrans exeat de Choro pulſetur pro ſalutatione Angelica in meridie.

4 Quibus horis pulſandum ſit ad Veſperas conſtabit ex infraſcripta tabella.

Ianuario, & Decembri	Hora 20.	½
Februario, & Nouembri	Hora 20.	
Martio, & Octobri	Hora 19.	½
Aprili, & Septembri	Hora 19.	
Maio, & Auguſto	Hora 18.	
Iunio, & Iulio	Hora 18.	

5 Ad Completorium, in Quadrageſima pulſatur etiam per ſpatium dimidiæ horæ, hora vigeſima ſecunda. Diebus tamen Sabbathi hora vigeſima ſecunda cum dimidia propter Litanias B. Virginis.

6 An-

6 Antequam diuina Officia recitari incipiant pulsatur Campanula Chori, vt vnusquisque sciat immediatè post illum pulsum, diuinum Officium esse inchoandum, vt omninò inchoari præcipimus, & mandamus.

Titulus IX.

De Officio paruo B V. & Psalmis Gradualibus & Pœnitentialibus.

1 IN omnibus ferijs, & festis simplicibus per annum ex antiquissima huius Ecclesiæ consuetudine recitatur in Choro Officium paruum B. M. Virg. hoc ordine; dicitur Matutinum immediatè post Completorium diuini Officij, vel Completorium ipsius B. V. si fuerit dicendum, & tunc Antiphona B. V. quæ dicitur pro terminatione Officij recitatur in fine Matutini; non post Completorium.

2 Prima, dicitur Mane, priusquam dicatur in Prima Officij diuini, Pretiosa, &c.

3 Tertia, sexta, & Nona dicuntur singulæ post Tertiam, Sextam, & Nonam Officij diuini.

4 Vesperæ dicuntur ante Vesperas diuini Officij, sed Completorium post Completorium eiusdem.

5 In Quadragesima Psalmi Graduales pro feria quarta, dicuntur feria tertia, antequam recitetur matutinum B. V.

6 Feria verò Sexta, post Benedicamus Domino, cōpletis Laudibus, dicuntur Psalmi Pœnitentiales, cū precibus genibus flexis, & Litaniæ dicuntur à duobus Clericis Chori ante Altare.

7 Quando fit processio Sanctissimi Rosarij remanent in Choro duo: Beneficiatus, & Clericus, & submissa voce dicto Completorio, recitant Matutinum, & laudes B. V. & Psalmos Graduales, quàndo hæc sunt dicenda.

8 Quoties autem Officium paruum B. V. vel Psalmi Graduales, & Pœnitentiales recitandi sunt; reguntur, siuè ordinantur à Mansionario hebdomadario; Reliqua per Clericos Chori, vt in feriali Officio.

Titulus X.

De Missa Conuentuali.

1 Missa Conuentualis quotidie cātatur, & iuxtà Rubricam concordat cum Officio diuino, exceptis casibus, qui sequuntur.

1 Quoties iuxtà Rubricam. Feria secunda cantatur Missa generalis pro Defunctis.

2 In omnibus diebus ferialibus, & in quibus fit Officium de Sancto simplici (dummodò quando fit de feria non legatur homilia in Euangelium, vel non sit reassumenda Missa Dominicæ præcedentis) ex antiqua, & laudabili consuetudine huius Eccle-

siæ,

ſiæ, ob præſentiam Sanctæ Domus, in qua Deipara nata eſt, cãtatur Miſſa de B. V. de tempore cum Gloria ſine Credo, ſecunda Oratione de Sancto, vel de feria, tertia de Spiritu Sancto.

3 Primis diebus nõ impeditis poſt ſingula Quatuor Tempora pro Miſſa Conuentuali cãtatur vna Miſſa Votiua de B. V. pro Benefactoribus Viuis, & altera de Defunctis pro Benefactoribus mortuis.

2 In ipſa die, & poſt Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum, tribus diebus cantantur Miſſæ pro Defunctis, & in illis diebus Indulgemus, vt Miſſa infrà Octauam omnium Sanctorum dicatur priuatim in Altàre Chori.

5 Locus cantandæ Miſſæ Conuentualis eſt Altare Chori. In feſtiuitatibus tamen B. M. V. & per illarum octauas, & in feſtis Sancti Ioachini Patris, & Sancti Ioſeph Sponſi ipſius B. V. & die decima Decembris, qua recolitur memoria Aduentus Sãctæ Domus, & quando poſt Quatuor Tempora cantandæ ſunt Miſſæ pro Benefactoribus viuis; Miſſa Conuentualis Cantatur in Sancta Cappella.

4 Ad Altare Annunciatæ aliquando cantatur Conuentualis in feſtis ſolemnibus ab Epiſcopo, & quando poſt Quatuor Tempora cantantur Miſſæ pro Benefactoribus Defunctis.

5 Ad Altare Sanctæ Annæ cantatur Conuentualis in ipſius feſto, ſicut prima Dominica Octobris, qua celebratur Feſtum pro Victoria Nauali, ad Altare Aragoniorum.

6 Tempus cantandi Missas Conuentuales, est illud, quod statuitur in Rubricis. A quibus verò cantandæ sint, & quo modo, patet ex præcedentibus titulis.

7 In diebus, in quibus iuxtà Rubricam cantandæ sunt duæ Missæ Conuentuales, verbi gratia, dè sancto occurrente, in quadragesima, vel in Vigilijs, vel Quatuor Temporibus, nullatenus ommittantur, sed ambæ cantantur, & si quis illis non interfuerit punctetur. Indulgemus solum, vt si in Quadragesima ob Concionem, vel aliquam Processionem extraordinariam, vel aliam ob causam diuina officia longius protracta fuerint, tunc impetrata tamen priùs licentia à Vicario Generali, vna ex illis non canterur. Volumus tamen vt celebretur priuatim in Altare Chori, & applicetur pro quibus omnes Conuentuales applicantur.

Titulus XI.

De Missa Votiua.

1 Missæ Votiuæ, quæ ex antiquissima huius Ecclesiæ consuetudine cantantur à Musicis, celebrantibus per suas vices, & hebdomadas Mansionarijs, seù Beneficiatis, & Assistentibus Clericis Chori; duplicis sunt generis, idest de Spiritu Sancto, & de B. Virgine.

2 Cantantur autem quotidie exceptis sequentibus diebus.

diebus. Quoties Dignitates, vel Canonici ordinant Officium, & cantant Missam. Die Cinerum; Feria tertia, & sequentibus Hebdomadæ maioris. Tribus diebus Rogationum. In Vigilia Pentecostes. In die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, In Festo Sanctæ Ceciliæ. In Vigilia Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi.

3 Missa Votiua de Spiritu Sancto cãtatur die Iouis; Reliquis omnibus diebus de B. V. & quidem die Mercurij, & Sabbati duobus Clericis Chori assistẽtibus, cum Gloria, & Credo. Alijs verò diebus cum Gloria tantum ministrante Clerico Sacristiæ hebdomadario.

4 Omnes pariter Missæ Votiuæ de B. Virgine priuatæ dicuntur cum Gloria ob loci huius circumstantiam.

5 Locus in quo cantatur est Sancta Cappella, tempus post Primam dictam in Choro, nisi sit cantanda aliqua Missa pro Defunctis, etiam sine interuentu Capituli, aut alia Missa cum totius Capituli Assistentia, quia tunc Missa absoluta, cantatur.

Titulus XII.

De Missis Priuatis.

1 EX immemorabili huius Ecclesiæ consuetudine sæpius in Synodis Diœcesanis approbata, & confirmata omnibus Beneficijs, quæ obti-

nent Dignitates, Canonici, & Mansionarij annexus est ordo sacerdotalis, & ex declarationibus, & decretis nostrorum Prædecessorum, quæ Nos pariter approbamus, confirmamus, & innouamus; Tenentur omnes prædicti alternis hebdomadis Missas celebrare in Ecclesia Cathedrali per se ipsos, & non per alios.

2 Vt igitur Populi deuotioni magis consulatur; mandamus vt Sacristæ curent sub pœnis Nobis, vel Vicario nostro Generali benè visis singulis festis de præcepto post Pascha vsque ad Natiuitatem B. Virginis, & tempore concursus æstiui, etiam in diebus ferialibus post Missam Conuentualem celebrari duas Missas successiuè vnam post aliam in Altari Annunciationis, vel Prouinciæ.

3 Vt extet memoria, ad quem numerum Missarum priuatim dicendarum teneantur residentes in hac Ecclesia Cathedrali hoc tempore ex conuentione facta cum Ministris Sanctæ Domus, subijcitur tabula, ex qua apparebit quæ, & quot Missæ dicendæ sint singulis diebus, hebdomadis, mensibus, annis.

Singulis Diebus.

VNna pro Serenissimo Maximiliano Duce Bauariç in Sancta Domo.

Duæ de Defunctis pro Serenissima Madama ab Austria.

Duæ

Duæ pro Sereniſſimo Duce Parmæ in Sancta Cappella.

Vna pro Illuſtriſſimo Cardinali Montalto in Sancta Domo.

Vna pro Sereniſſimo Duce Vrbini ad Annuntiatam, vel ipſius Cappellam.

Vna de Defunctis pro Sereniſſima Madama ab Auſtria ad Sanctiſſimi Sacramenti.

Vna de Defunctis pro D. Clœlia Farneſia.

Duæ de Defunctis pro D. Fabio Peſciotti.

Vna de Defunctis pro Patre prædicti D. Fabij.

Vna pro Sereniſſima Maria Magdalena Archiducisſa Auſtriæ in Sancta Domo.

Singulis Hebdomadis.

VNa pro Sereniſſimo Duce Parmæ.

Vna pro Illuſtriſsima D. Iſabella Marchioni sa de Valle.

Vna pro Reuerendiſsimo D. Ioanne Franciſco Gallo ad S. Antonij.

Vna pro Incerto ad Sanctiſsimi Sacramenti.

Vna pro Incerto ad Annunciationis.

Vna de Defunctis pro Reu. D. Mazza Primicerio ad Sanctæ Annæ.

Vna de Defunctis pro D. Iſabella Vitelli ad Sanctæ Annæ.

Vna pro D. Iacobo Moretti ad Sanctæ Annæ.

Duæ de Defunctis pro Baldaſsarre Factorini.

Vna de Defunctis pro Reu. Angelo Feretti Clerico Chori.

Vna de Defunctis pro D. Clara quondam Baldi ad Sanctæ Annæ.

Vna pro Illustrißimo Marchione de Carauaggio singulis Sabbatis.

Vna de Defunctis pro Reu. D. Canonico Bramante ad Sanctæ Annæ.

Singulis Mensibus.

DVæ pro D. Nerio Ardinghelli, quarum vna de Spiritu Sancto, altera de die Annunciationis B.V. ambæ in Sancta Domo.

Duæ de Defunctis pro Guido de Gaino ad Sanctæ Annæ.

Vna de Defunctis pro Illustrißimo Cardinali Gallo.

Singulis annis.

VNa pro D. Dorothea Afflicti in Sancta Domo.

Vna pro Excellentiß. Principe Michaele Peretto in singulis festiuitatibus B. V. & in Vigilia Sancti Bartholomæi Apostoli in Sancta Domo.

Quatuor pro D. Hieronymo Matthei in Sabbatis, Quatuor Temporum.

Decem de Defunctis pro Reu. Domino Dominico Asola ad Sanctæ Annæ.

Viginti quatuor pro D. Bartholo Dolphini Veneto, quarum ſexdecim de Defunctis, & octo de B. V. in Sancta Domo.

Quinque de Defunctis pro D. Maria Cicconi de Ancona.

4 Atque ad prædictas Miſſas celebrandas tenetur Capitulum, & Clerus Eccleſiæ Cathedralis ex conuentione nuper facta cum Miniſtris Sãctæ Domus, in qua conuentione non ſunt compræhenſi Canonicinouę erectionis: ſed ex illis quatuor, qui obtinẽt Canonicatus fundatos à D. Margarita Celſa de Monte Luponum tenẽtur quotidie celebrare duas Miſſas, vel per ſe, vel per alium.

5 Præter ſupradictas Miſsas tenentur omnes Dignitates, Canonici, Manſionarij, & Clerici propter Priuilegium conceſsum à Sede Apoſtolica circa ſpolia celebrare ſingulis hebdomadis vnam Miſsam pro Illuſtriſſima Familia Burgheſia, ex qua fuit Paulus Quintus, qui eiuſmodi Priuilegium conceſſit.

6 Vt autem conſtare poſſit an prædictis oneribus fuerit ſatisfactum; debent ſinguli quoties Miſsam dicunt notare in libro ſolito in Sacriſtia exiſtente, & ſimiliter Clericus Sacriſtiæ hebdomadarius in alio libro, quam exactiſsimè.

De

Titulus XIII.

De *Anniuersariis*.

1 PRæter Missas priuatas ex antiqua consuetudine Clerus Vniuersus Ecclesiæ Cathedralis cātat singulis annis in Choro successiuè post diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, tres Missas de Defunctis, Primam pro summis Pontificibus, Secundam pro Episcopis, & Clericis omnibus Ecclesiæ huius, & alijs in eadem sepultis; Tertiam pro Benefactoribus.

2 Ex eadem cōsuetudine in singulis Quatuor Temporibus cum interuentu totius Cleri primis diebus non impeditis cantantur duæ Missæ, vna de B. Virgine in Sancta Domo, & altera de Defunctis in Altare Annunciationis.

3 Ex conuentione autem facta, cum Ministris Sanctæ Domus, Capitulum, & Clerus comprehensis etiam Canonicis nouæ erectionis cantat, singulis quidem mensibus vnam Missam de Defunctis pro Illustrissima D. Maria Cesis Ducissa ab Altemps, & cantatur in Choro à Canonico.

Singulis autem annis cum interuentu eiusdem Capituli, & Cleri cantantur Missæ *sequentes*.

VNa 20. Ianuarij de Defunctis pro Paulo V. in Choro à Canonico.

Vna

Vna 21. Aprilis pro Illustrißimo Card. Tonto in Choro à Canonico.

Vna de Defunctis pro D. Petro de Tyrannis ad Sanctæ Annæ à Canonico.

Vna pro Stephano Capitosto de Monte Casciano in Choro a Mansionario.

Vna pro Serenißimo Cosmo secundo magno Duce Etruriæ, & Domo Austriaca de Defunctis ad Sanctæ Annæ à Canonico.

Vna pro Serenißimo Ferdinando primo magno Duce Etruriæ, & Domo Medicea ad Sanctæ Annæ à Canonico,

Vna pro D. Maria Cicconi Anconitana de Defũctis ad Sanctæ Annæ à Mansionario.

Sine interuentu verò Capituli, & Cleri singulis item annis celebrante Beneficiato, & assistentibus Clericis Chori cantantur Missæ infrascriptæ.

VNa 15. Nou. pro Illustriß. Card. Montalto in Sancta Domo.

Vna de B. V. pro Excellentißimo Principe Peretto in Sancta Domo.

Vna de Defunctis pro eodem Principe ad Sanctæ Annæ.

Vna de Defũctis pro Venerabili Societate Vitis Bononiæ.

Sex pro Viuis in Sancta Domo, & sex de Defunctis

ctis pro Domino Francisco Cernezzo Mediolanense.

Vna de Defunctis pro D. Ioanne Maria Vicino in Choro.

Vna de Defunctis. pro D, Leandro Vicino in Choro.

Titulus XIIII.

De Funeribus, & Exequijs.

1 EXequiæ fiunt aliquando cum interuentu totius Capituli, Cleri, & Cantorum, aliquãdo verò cum solis Clericis Sacristiæ, & Inseruientibus Missis. Si fiant primo modo, vel peraguntur tempore Matutino post absolutam Nonam, aut ante Tertiam, quod tamen non nisi rerò, & cum causa approbanda à VicarioGenerali fieri volumus, ne Diuina officia perturbentur; vel peraguntur post prandium.

2 Quocumque modo fiant exequiæ cum interuentu Capituli seruatur hic ordo.

3 Proceditur ad Domum, vel locum, vndè efferendum est cadauer Defuncti præcedente Cruce sine Candelabris, & Vnus ex Curatis, qui fungitur vice Parochi fert stolam ordinarie:nam si Defunctus sit Dignitas, vel Canonicus adhibet etiam pluuiale; aspergitur aqua benedicta Defunctus, & statim atque cadauer fuerit extrà Domum; idem Curatus in-

tus intonat, Exultabunt Domino,& magiſter Chori Pſalmum Miſerere, quem alternatim proſequitur Capitulum, & Clerus vſque ad Eccleſiam, ad quam vbi peruentum fuerit, ſi ſit tempus matutinum, ac proinde cantanda Miſſa de Defunctis præſente corpore, quod fit ad Altare Annunciationis, plerumque per Manſionarium, & per Canonicum ſolum in funere Canonici, ſtatim cantatur ipſa Miſſa, qua finita fit abſolutio cantando Reſp. Libera me Domine &c. aſpergitur Cadauer aqua benedicta, & incenſatur, & expleta conſueta oratione à celebrante parato cum pluuiali, ſi Defunctus ſit Laicus diſceditur; ſi verò ſit Sacerdos, quicumq; ſiue de Clero, ſiue alius, Cantores cantant. In Paradiſum deducant te, &c. & Magiſter Chori intonat Antiphonam. Ego ſum, & dum cantatur canticum Benedictus, &c. Cadauer defertur ad ſepulturam, vbi iterum fit abſolutio, aſpergitur, & incēſatur cadauer, & terminatur funus cum Oratione. Fac quæſumus, &c.

4 Si Exequię fiant poſt prandium ſtatim vt peruentum fuerit ad Eccleſiam, Cantores cantant. Subuenite Sancti Dei, &c. Duo Clerici Chori hebdomadarij. Regem cui omnia viuunt, & Pſalmum, Venite, quo finito Magiſter Chori præintonat Curato regenti Officium Antiphonam Dirige; &c. Pſalmi canuntur alternatim, ſecundam Antiphonam Magiſter Chori præintonat primo Beneficiato, & & tertiam ſecundo, etiam ſi officium ordinet Ca-

nonicus, vel Clericus Chori Curatus. Lectiones cātant tres vltimi Clerici Chori ſemper, & ſi Defūctus ſit Laycus, terminantur exequiæ finito primo hoc nocturno, & fiunt ſemper præd. Exequiæ ante Altare Annunciationis.

5 Quod ſi Defunctus ſit Sacerdos, leguntur duo alij nocturni, in quibus Antiphonæ, & Reſp. dicuntur à Cantoribus, vt etiam in officio, in quo vnus ſolum nocturnus cantatur. Lectiones ſecundi Nocturni ſi Defunctus ſit Canonicus dicuntur à tribus Manſionarijs, tertij à tribus Canonicis; ſi verò Defunctus ſit Manſionarius, vel Clericus Chori, Lectiones ſecundi nocturni dicuntur à Clericis Chori, tertij à Manſionarijs, quod etiam ſeruatur in funere aliorum Sacerdotum.

6 Quoties autem in Exequijs dicuntur tres nocturni, Cadauer Defuncti ſtatuitur in pauimento ante Sanctam Domum propè Cuſtodiam è regione Chori, in quo cantatur Officium, quo expleto Curatus regens ipſum Officium dicit non Intres &c. & Cantores cantant Reſp. Libera me Domine. Aſpergitur, & incenſatur Cadauer, & defertur vt ſuprà dictum eſt ad ſepulturam.

7 Iam quādo Exequiæ fiunt ſine interuentu Capituli, & Clerici cum ſolis Clericis Sacriſtiæ, & Inſeruientibus ſeruantur conſueta in aſpergendo Cadauere, & canendo Pſalmo Miſerere, &c. ſed poſtquam peruētum fuerit ad Eccleſiam à Clericis Sacriſtiæ cantatur. Subuenite Sancti Dei poſteà fit abſo-

absolutio, libera me Domine, aspergitur Cadauer, & dicta Oratione, qua terminatur Officium, disceditur.

3 Si Defunctus sit Infans, seruatur Rituale in omnibus.

Titulus XV.

De Processionibus.

PRocessiones ordinariæ in Ecclesia Lauretana sunt hæ.

1 Processio in die Purificationis, quæ fit ab omnibus de Choro paratis præsente Episcopo parato more solito intus Ecclesiam circum circa.

2 In Dominica Palmarum eodem modo, quo suprà præsente Episcopo, & fit circa plateam egrediens à porticu.

3 In die Sancti Marci fit Processio Litaniarum maiorum vsque ad Palatium Auximanum parato Archidiacono cum pluuiali, & Diacono, & Subdiacono cum Dalmatica, & Tunicella, qui Archidiaconus completa processione cantat Missam Rogationum in Altare Chori.

Processio incipit ab Altare Sanctissimi Sacramēti, & terminatur in Altare Chori.

4 In tribus diebus Rogationum incipit vt suprà, & Processio primi diei circuit Ciuitatem videlicet exeundo à Porta Romana, & eundo extrà muros

versus Portam Maris, & apud Domum Nasonis fit prima precatio cum benedictione ab Archidiacono parato pluuiali absque Assistentibus, secunda apud Domum quondam Domini Bramantis, tertia subtus fontem Gaini in principio Suburbij.

5 In secunda die fit Processio circa montem Regalem, & prima precatio fit in principio Montis versus flumen Mosionum, secunda versus Recinetum, tertia iuxtà domum D. Bartholini in medio viæ publicæ.

6 In tertia die Rogationum fit Processio exeundo à Porta Maris per viam Vallis, prima precatio iuxta locum, qui dicitur la Busalareccia, secunda fit iuxtà Domos, quæ dicuntur dell'Hospedaletto, tertia ante Palatium Auximanum.

7 In Festo Corporis Christi fit processio Solemnis per Ciuitatem omnibus paratis tam præsente Episcopo, quam absente; & primo itur per Plateam Gallam, vsque ad portam Romanam, & reuertuntur omnes per viam directam in medio Ciuitatis.

8 In die octaua Corporis Christi post Vesperas fit etiam Processio solemnis paratis omnibus circa Plateam.

9 In secunda die infra Octauam Corporis Christi à Societate Sanctissimi Sacramenti exeundo ab vna porta, & intrando per aliam.

10 In Quinta die à Societate Mortis fit processio intus Ecclesiam exeundo de vna porta, intrando per aliam.

11 In Festo Annunciationis Beatæ Mariæ fit Procesſio vſque ad Portam Romanam, & recipitur Clerus Recinetenſis ad dexteram vſque ad Sanctam Domum.

12 In Festo Aſſumptionis B. V. vſque ad Portam Romanam, parato Archidiacono cum Aſsistentibus.

13 In Festo Tranſlationis Almæ Domus, vſque ad Palatium Auximanum extra Portam Romanam ijſdem paratis, & in reditu ad Almam Domum ſtatim incipit Miſſa ſolemnis.

13 In prima Dominica cuiuſlibet menſis poſt Veſperas immediatè fit Proceſſio Sanctiſſimi Roſarij, & incipit ab Altare Annunciatæ, & tunc Cantores intonant Aue Maris ſtella, fit intrà Eccleſiam, & terminatur in Altare Sãctiſſimi Roſarij cum Vers. & Oratione de B. V. pro tempore.

15 In tertia Dominica cuiuſlbet menſis fit Proceſſio Santiſſimi Sacramenti, incipit in Altare Chori poſt cantatam Miſſam occurrentem, cum Oratione Sanctiſſimi Sacramenti, fit intrà Eccleſiam, & terminatur in Capella Sanctiſſimi Sacramenti.

16 Ad Proceſſiones, quæ fiunt ſub Veſperam, feria quinta, ſexta, & Sabbato Maioris Hebdomadæ à Confraternitatibus non aſtringitur Capitulum, & Clerus, ſed qui volunt, eunt ad libitum, ſine Cruce Capituli quam Crucem particularem eſſe volumus, & numquam efferri, niſi Capitulum procedere debeat.

17 Ad ſupradictas Proceſsiones proceditur hoc ordine. primo Societates Laycorum, ſecundo clericus portãs Crucem in medio quatuor Acolythorum cum Cãdelabris magnis ſi per Ciuitatem, aliter cum duobus paruis, Tertio Regulares Clauſtrales ſi adſunt, quarto Clerici Inſeruientes Miſſis, & Sacriſtiæ. Quinto Alumni Illyrici, quos ſequuntur Cantores, Clerici Chori, &c. Ad extremum poſt Vniuerſum Clerum, Magiſtratus Ciuitatis, niſi in aliquo caſu iuxtà Cærem. debeat præcedere eundem Clerum.

Titulus XVI.

De *Litanijs Beatæ Virginis.*

1 Litaniæ B. V. cantantur à Muſicis quolibet Sabbato, & in omnibus feſtiuitatibus eiuſdem in ipſo die, & Veſpere præcedente, & ordinariè cantantur tali hora, vt illis abſolutis dari poſsit ſignum ſolitum veſpertinum ad ſalutationem Angelicam, Verſiculus, & Oratio temporibus accomodata de B. V. dicuntur illæ à Cantoribus, hæc à Cuſtodibus Sanctæ Cappellæ.

Titulus XVII.

De Cura Animarum.

1 AD Animarum curam, quæ huic Ecclesiæ semper incubuit, deputantur ab Episcopo tres ex Capitulo, & Clero, prout Ipsi in Domino expedire videtur, & hi vocantur Curati, & Sacristæ, non sunt tamen vt Parochi perpetui, sed tanquam Vicarij amouibiles ad nutum, & exercent Curam, quasi insolidum, ita vt singulis liceat omnia munera Parochorum obire, & subditis quibuscumque Sacramenta validè ministrare. Nihil tamen prohibet, quo minus inter se officia, & laborem partiantur, prout ipsis placuerit.

2 Hi ergò Curati sibi potissimum dicta esse putēt. quæ de officio Parochorum decreta sunt Synodi parte secunda. In particulari diligenter aduertant, quos admittant ad Matrimonia contrahenda.præsertim externos. Præcipuam curam habeant miserabilium personarum, fœminas minus honestæ famæ in Ciuitate esse ne patiantur, & quantum poterunt in Domino omnia scandala prohibeant. Quando vocātur ad funera pauperum magna alacritate eant, & omninò caueant, ne vllo modo petant, aut paciscantur de stipendio, antequam corpora sint sepulturæ mandata sub pœnis arbitrio nostro, vel Vicarij nostri Generalis imponendis.

De

Titulus XVIII.

De habitu, & indumentis Ministrantium in Ecclesia Cathedrali.

1 HAbitus ordinarius Dignitatum, & Canonicorum est cappa violacea suffulta pellibus de armellino cum Rocchetto. Mansionariorum, & Clericorum Chori eadem cappa cum pellibus coloris grisci, cum rocchetto sine manicis, & hic habitus fertur à primis Vesperis festi omnium Sanctorum, vsque ad Sabbatum Sanctum, quandò intonatur Alleluia, & fit mutatio capparum priùs á dimidia parte Cleri, quæ est à parte Chori, deindè ab alia, & Dignitates, & Canonici induũt Coctam super rocchettum. Alij solam Coctam.

2 Magistri Cæremoniarum Assistentes Credentiæ, & Thuriferarius dum funguntur officio suo, semper vtuntur Cocta.

3 Exercente Episcopo Pontificalia Pontificaliter induto Diaconi Assistentes; parantur Dalmaticis, Presbyter, assistens pluuiali, & etiam Dignitates, & Canonici Mansionarij Sacerdotes Planetis. Clerici Chori, & Mansionarij si qui sunt nondum Sacerdotes, Dalmaticis, ac Tunicellis.

4 Mansionarius præintonans Antiphonas, & cantans Capitulum in Vesperis Pontificalibus, paratur Tunicella.

In Processionibus feria quinta, & sexta Hebdomadæ

madæ

madæ maioris, & Corporis Christi,& Octaua Mãsionarij deferentes hastas Baldacchini parantur, & sunt sex, vel octo. In processione autem Corporis Christi, & post Vesperas in octaua parantur etiam omnes, vt suprà. In alijs Processionibus si fiant intra Ecclesiam, vel circa portas illius incedit Clerus in habitu, in quo reperitur, si extrà ecclesiam cum coctis excepta Processione, qua recipitur Clerus Recanaten. in die Annunciationis, quo die Clerus procedit habitu ordinario, hoc est modò cum coctis, modò cum cappis.

6 In processione die Sancti Marci paratur Archidiaconus cum pluuiali. Diaconus, & Subdiaconus cum Dalmatica, & Tunicella. In tribus diebus Rogationum solum Archidiaconus cum pluuiali.

7 In processionibus, quæ fiunt prima, & tertia Dominica mensis incedunt parati, vt in Missa, & Vesperis.

8 Mansionarius cantans principium Martirologij, & annuncians festa mobilia paratur cum pluuiali.

9 In Exequijs Defunctorum omnes incedunt cum Cocta.

10 In associando Episcopum ad Palatium, & ad Ecclesiam vtuntur habitu, in quo iuxta tempus reperiuntur, idest modò cum cappis, modo cum Coctis.

Titulus XIX.

De Capitulo, & Clero Ecclesiæ Cathedralis.

1 MEminerint Ecclesiæ Cathedralis Clerici peculiari quadam diligentia obseruanda sibi esse, quæ secunda parte Synodi decreta sunt de Vita, & honestate Clericorum, quippe cum ob loci huius, in quo degunt, sanctitatem, & gradus in quo constituti sunt eminentiam ipsorum exemplum deceat esse quam optimum, & plurimum in vtramque partem valere posit.

2 Mutuam inter se charitatem, tãquam vnius corporis membra custodiant, quod si quis discordias seminare inter fratres, vel factiones fouere compertus fuerit; seuerisſimè, etiam per suspẽsionem à diuinis puniatur.

3 Quotiescumque signum dabitur ad Processiones, exequias Defunctorum, vel alias functiones; Vniuersi ordines conueniant, neque fas sit cuilibet ex illis se ab alijs seiungere, quod si fortè contingat vt ad funera Clerus vniuersus præ paupertate ab aliquo non euocetur, sed aliqui tantùm ex illis; tunc ex singulis ordinibus aliqui accedant, nunquam autem liceat Canonicis, siuè Beneficiatis, & Clericis, vel his sine Canonicis prodire.

4 Si quando ad funera gratis, & absque solita eleemosina prodeundum esse censeatur; admoneantur omnes ordines, priusquam signum consuetum

detur,

detur, vt in poteſtate cuiuſque ſit ire, vel non ire, quamuis magnoperè dolendum eſset, ſi poſtquam Capitulum iuſtis de cauſis ſtatuiſset gratis eſse prodeundum, Beneficiati, vel Clerici in Charitatis opere ſe vinci paterentur. Quod ſi quis (quod Deus auertat (alios ab eiuſmodi pietatis officio præſtando verbo, vel facto quoquomodo reuocare deprehenderetur nõ ſolum dolendo, ſed ne ferendum quidem eſſet, ac propterea tanquam ſcandaloſus ſeuerè arbitrio Vicarij noſtri Generalis puniendus eſſet.

5 Quemadmodum ad ſolitas, & neceſsarias impẽſas faciendas, quæ tangunt vniuerſum Clerum, ſinguli ordines Dignitatum, Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum Chori ſuam ratam contribuere tenentur iuxtà formam diſtributionum; ita ad inſolitas, & minimè neceſsarias nullatenus teneri volumus. Eas verò impenſas neceſſarias eſſe intelligatur, quas tales eſſe iudicabunt Deputati, hoc eſt duo Canonici, duo Beneficiati, & duo Clerici, qui ſolent reuiſioni computorum aſsiſtere. In caſu verò diſcordiæ arbitrio Epiſcopi, & eo abſente Vicarij Generalis ſtare debebunt.

6 Magna cum animi noſtri moleſtia intelleximus non fieri ſine ſcandalo Peregrinorum, & ad hanc Almam Domum confluentium, & verò cum non modica huius celeberrimi Cleri exiſtimationis diminutione, & Sanctæ Domus damno, quod nonnulli ad particularia quædam officia Deputati,

 mu-

munera indirectè, vel etiam directè per se, vel per alios procurant, aut accipiunt. Vt igitur huic multiplici malo, quantùm in Nobis est, occurramus, Inhærentes Constitutioni fel. mem. Pauli Papæ Quinti, quæ incipit. Inter Varias: & Prædecessoris nostri Synodali decreto; prohibemus quibuscumque Clericis, & Sacerdotibus, vel quouis alio modo in hac Ecclesia Cathedrali inseruientibus, & commorantibus, illisque in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus ne de cætero sub quouis prætextu, munera quæcumque seù largitiones, vulgò Mancie procurent per se, vel per alios, seù recipiant à quibusuis Personis, etiam à sponte dantibus, Almam hanc Domum visitantibus, sub pœnis in prædicta Constitutione contentis, & suspensionis à diuinis ipso facto, absque alia declaratione incurrendæ, & alijs pœnis pecuniarijs, & corporalibus ad arbitrium infligendis cuius peccati inobedientiæ, & suspésionis absolutionem non solùm Nobis reseruamus, sed expresè etiam statuimus, vt delinquentibus prædictæ absolutionis beneficium non possit validè impêdi, nisi priùs integram, & effectualem restitutionem fecerint Sanctæ Domui rerum omnium, quas contra hanc prohibitionem acceperint. Volentes vt contra Transgressores etiam per Inquisitionem procedi possit, & stetur testibus etiam singularibus, si cætera inditia concurrant. Decernentes insuper, vt prædictarum largitionum, & munerum receptio

non

non solùm intelligatur prohibita in casu, quo cederet in damnum Sanctæ Domus, & dantes auerterentur ab eleemosinis largiẽdis eidem Sãctæ Domui: sed etiam in quocumque casu, etiamsi alias non esset prohibitus, idque ob solam speciem mali, & auaritiæ, & simoniæ, & sordium, quam eiusmodi munerum receptio habere dignoscitur, & quam Nos, quantùm cum Domino possumus, à tam sancto loco amoliri contendimus.

Titulus XX.

De Capitulo, & eius Officialibus.

1 CApitulum Ecclesiæ Lauretanæ de Iure constituunt omnes Canonici, & ex concessione Pontificum, etiam Dignitates, & omnes habent vocem in ipso Capitulo, dummodò sint sacris ordinibus insigniti.

2 Capitulum congregari debet per tres Deputatos vna cum Syndico pro tempore existente quolibet mense, prima die, qua commodum erit tempore matutino post Primam, etiamsi Deputati nihil habeant proponendum, vt singulis Capitularibus liberum sit proponere, quod expediens iudicabunt; sed tunc de rebus fortè propositis à non Deputatis vtrum agendum, vel non agendum sit, spectabit decernere ad Deputatos, & Syndicum.

3 Quoties Deputati, &c. necessarium esse iudicauerint

uerint congregare Capitulum, quod fieri debebit ex ſententia maioris partis ipſorum admonitis tamẽ omnibus Deputatis præſentibus, Syndicus tradet Secretario notulam, in qua ſignificentur capita rerum tractandarum, & hanc notulam Secretarius communicabit cum alijs Capitularibus, ne ſim parati accedant ad deliberandum.

4 Congregato Capitulo ad ſolitum ſignum Campanæ, à quo nemini abeſse licebit ſine legitima cauſa, ſub pœna punctaturæ in tribus iulijs, & præmiſſis per digniorem de Capitulo conſuetis precibus, Vnus ex Deputatis, prout inter ipſos couenerit, paucis, & diſtinctè proponit quid ſit agendum, & ſi quidem ſit aliquod negocium, ipſemet Deputatus pro informatione Capitularium afferet rationes aliquas pro vtraque parte, ſecedere ſemper iuſſis illis, de quorum negotijs, vel perſonis agendum eſt, poſtmodum rogantur ſententiæ à ſingulis incipiendo à Dignioribus, in quibus dicẽdis debebunt ſe paucis expedire, nec rationes ab alio allatas fruſtra repetere, vel confutare parùm modeſtè, nec alium dicentem interpellare. Rogatis ordine omnium ſententijs, quando eſt aliquod negotium, & plura ſuffragia diſtribuenda per Canonicum Iuniorem, & quæ ſemper ſecreta eſſe oportebit, decernetur quid agendum, vel nõ agendum ſit, nec fas erit deputatis proponere in illo Capitulo alia quam ea, de quibus per notulam ſupradictam Capitulares fuerint præmoniti excepto caſu

alicuius

alicuius vrgentis necessitatis; vel quando esset res parui momenti.

5 Quæ in Capitulo tractata fuerint, conuenit esse Secreta, singuli ergo qui de nouo admittentur tenebuntur præstare Iuramentum præstitũm iam à modernis Capitularibus coram ipso Capitulo de seruando secreto, & de non reuelando vlli extra Capitulum res tractatas, & potissimùm personis, de quibus in Capitulo actum fuerit quidquã quod eas meritò possit alienare ab aliquo de Capitulo, sub pœna periurij.

6 Officiales Capituli, vel qui ex Capitulo fiunt sũt Deputati ad Capitulum congregandum, Syndicus Secretarius, Deputati ad recognoscendas litteras Secretarij, Deputati ad agendum nomine Capituli cum Gubernatore Deputati ad reuisionem compu torum, Reuisores schedularum vulgò delle liste de morti, & officij., Imbussulatores pro Deputatis ad congregandum Capitulum, Punctatores, Reuisores punctaturarum.

7 Ex prædictis Officialibus solumReuisores punctaturarum sorte extrahuntur circa finem Trimestris in Choro bini ex singulis ordinibus. Reliqui oẽs eligũtur ad plura medietate suffragia, & vt electio magis libera sit, semper per duos sorte extractos nominari debent bini pro singulis officijs, & alijs muneribus demandandis, vt qui ex illis duobus casu quo neuter ex nominatis ad aliquod officium iustum suffragiorum numerum habeat, alij duo nemi-

nominentur eodem modo.

8 Tres Deputati ad congregandum Capitulum (qui gerunt quodam modo Magistratum, & proindè conuenit, vt vnam arcæ communis clauem retineant) eliguntur peculari quodam modo videlicet. Per Imbussulatores describuntur terni Capitulares in septem schedulis, seù bullectinis, qui complicati, & cera obsignati conseruari debebunt à Secretario, in fine ergò cuiuslibet trimestris per Digniorem in Capitulo extrahitur vna schedula, & illi tres qui in ea reperti fuerint descripti simul cum Syndico pro tempore erunt deputati pro trimestre sequenti. Quod si contingat extrahi bullectinum, in quo sit scriptus Syndicus; vel alius, qui iam sit Defunctus (nec dum ipsius successor adsit qui si adesset deberet fungi vice Antecessoris) vel Infirmus, vel alias legitimè impeditus; in eo casu ex vrna, in qua sunt nomina omnium Capitulariũ seorsim descripta, vulgò de gli spicciolati, extrahitur vnus, qui succedit in locum Syndici, vel Defuncti, vel alias impediti.

9 Qui officia, & munera sibi à Capitulo de mandata sine legitima causa recusauerit toties, quoties soluat vnum scutum diuidendum inter Capitulares.

10 Secretarij, cuius Officium durat per Annum, partes sunt vnam clauem arcæ tenere, in vrna separata habere nomina omnium Capitularium seorsim scripta, bullectinos pro Deputatis ad congregandum

dum

dum Capitulum conſeruare, ſuffragia, ſeù fabas habere in promptu, litteras ad Capitulum ſcriptas exigere, & in Capitulo legere, ad eaſdem reſcribere, & eiuſdem Capituli nomine quoties opus fuerit litteras pariter exarare. Nullas tamen priùs mittet, quam Deputatis ad recognoſcendas litteras oſtenderit. Ad eundem pertinet ſuffragia numerare, & alta voce pronunciare. Decreta Capituli excipere, & in ſcriptis redigere, quæ tamen non deſcribat in libro Decretorum, antequam oſtendat tribus Deputatis ad congregandum Capitulum, quod infra biduum facere tenebitur. Eiuſdem eſt Vrnas Capitularium, & eas in quibus ſunt nomina Beneficiatorum, & Clericorum Chori habere vt ſingulis trimeſtribus extrahi poſſint Reuiſores punctaturarum, & quando oportet, tempora Vacationum; ſicut etiam ad eumdem ſpectat publicè affigere nomina eorumdem Reuiſorum, & folia Vacationum in Sacriſtia.

11 Ad Syndicum, qui etiam durat per annum, ſpectant hæc omnia. Poſt Veſperas indicere Capitulum in craſtinum congregandum. Curare vt pulſetur Veſperi ſolita Campana, & manè vt ſubſellia, & cætera neceſſaria, in loco conſueto præparentur Ad Reuiſores punctaturarum extrahendos tres vrnas pro ſingulis ordinibus in Choro afferre, conficere bullettinos Vacationum, & illos habere paratos. Exigere ſingulis ſemeſtribus pecunias Capituli, & Cleri ab Officialibus Sanctæ Domus; Re-

tinere puuctaturas taxatas à Reuisoribus. Singulis suam ratam pecuniarum statim distribuere, retentis solum necessarijs pro solitis candelis, & scutis sex pro occurrentibus necessitatibus, quæ in Clero, & Capitulo communes sint, pro quibus si maiorē summam expendi opus sit, volumus posse Syndicū illas exigere ab Officialibus Sanctæ Domus nomine totius Capituli etiam anticipata solutione cōputandam tamen postea inquantitate, quæ exacto semestri Capitulo persolui solet. Syndicus pariter est procurator Capituli ad faciendos omnes actus iudiciales. Tenet vnam ex clauibus arcæ Capitularis, librós rationum cartulatos, in quibus omnes expensas specificè notare tenetur. Denique in fine officij obligatur reddere rationem suæ administrationis duobus Deputatis per Capitulum, cum Assistentia duorum Beneficiatorum, & totidem Clericorum Chori.

12 Quid propriè pertineat ad Deputatos pro congregando Capitulo, ad Punctatores, ad Reuisores punctaturarum patet ex supradictis in hoc titulo & titulis de punctaturis, & Reuisione punctaturarum.

13 Duo Deputati ad litteras Secretarij recognoscendas solum considerare debēt, an Secretarius mentem Capituli sit assequutus, & in ipsis litteris aliquid sit addendum, detrahendum, & immutandum.

14 Duo Deputati ad agendum cum Gubernatore aduertere

aduertere debebunt, vt ſolum ea tractent, quæ ipſis iniuncta fuerint à Capitulo.

15 Reuiſores Computorum meminerint quanta cum fidelitate, & diligẽtia ſuum manus obire debeant, quippe cum in eo agatur de Intereſſe totius Capituli, & Cleri.

16 Ad Reuiſores notularum vulgò de morti, & officij, ſpectat celebratis Anniuerſarijs, vel Exequijs, vel alijs Miſſis acceptis à Sacriſtis nominibus omnium, qui prædictis functionibus interfuerint, ſolitas obuentiones, & eleemoſinas ſtatim illas iuxtà conſuetudinem diſtribuere.

17 Imbuſſulatores, qui poſt extractas omnes ſchedulas, & bullettinos pro Deputatis ad Capitulum congregandum electi fuerint, dimiſſo Capitulo remanebunt ſoli in eodem loco, & conficient nouos bullettinos, ſcribendo in ſingulis ternos Capitulares, in quo aduertere debebunt, vt miſceant Dignitates cum Canonicis, Antiquiores cum Iunioribus, magis expertos cum minus peritis: poſtquam verò bullettinos confecerint, ſtatim tradant conſeruandos in arca ipſius Capituli, & tenebũtur ad ſeruandum ſecretum tám ſtrictè, quàm ſi fuiſſet aliquod negotium tractatum in Capitulo.

Titulus XXI.

De Officiis Dignitatum. Archidiaconus.

ORdinat Officium, & cantat Miſſam, prout in tabula poſita titulo ſexto, videlicet. In Purificatione B.V. In Annunciatione eiuſdem. In Commemoratione omnium fidelium Defunctorum. In Conceptiene B.V. In Translatione Almæ Domus die decima Decembris. In Natiuitate primam Miſſam. In feſto Sancti Stephani Prothomartiris. In Dominica prima Octobris. In Sabbato Sancto. Feria ſecunda poſt Paſcha. In Feſto Corporis Chriſti. Tertio quoque menſe Miſſam B.V. in Sancta Domo pro Benefactoribus viuis. In obitu Summi Pontificis ſecundam Miſſam. In obitu Protectoris, vel Epiſcopi primam. Præterea ſupplet vices Epiſcopi in ſolemnitatibus Pontificalibus, quæ ſunt. Epiphania Domini. Feſtum SS. Petri, & Pauli: Aſſumptio B. V. Natiuitas eiuſdem feſtum omnium Sanctorum Natiuitas Domini noſtri ad tertiam Miſſam. Dominica Paſchæ, & Pentecoſtes. Feria quinta in Cœna Domini. Aſcenſio Domini; In obitu Papæ ad primam Miſſam. Cantat Completorium in Sabbato Sancto. Facit benedictiones Ignis, Thuris, & Fontis in eodem Sabbato. In Litanijs Maioribus, & Proceſſionibus Rogationum incedit paratus, & facit

cit ſolitas precationes. Defert Sanctiſſimum Sacramentum in feſto Corporis Chriſti. Eſt Presbyter aſſiſtens celebrante Epiſcopo.
Denique ex antiqua conſuetudine Eccleſiæ tàm ipſe Archidiaconus, quam reliquæ tres Dignitates funguntur munere hebdomadarij per ſuas vices, ac ſi eſſent Canonici.

Archipreſbyter.

ORdinat Officium, & cantat Miſſam iuxta tabulam poſitam titulo ſexto videlicet. In Circumciſione Domini. In Viſitatione B. V. In Transfiguratione Domini. Die prima poſt Commemorationem fidelium Defunctorum. In Præſentatione B. V. In Natiuitate Domini ſecundam Miſſam. In Sancti Ioannis Apoſtoli. In Dominica Trinitatis. Feria ſexta in Paraſceue. Feria tertia poſt Paſcha. Tertiò quoque menſe poſt Quatuor Tempora Miſſam de Defunctis pro Benefactoribus. In obitu Summi Pontificis tertiam Miſſam. In obitu Protectoris, ſeu Epiſcopi ſecundam.
Supplet vices Archidiaconi in ipſius abſentia.

Primicerius.

ORdinat Officium, & cantat Miſſas, prout in Tabula poſita titulo ſexto videlicet. In feſto Sancti Ioſeph Sponſi B.V. in Dedicatione Sanctæ

ctæ Mariæ ad Niues. Die ſecunda poſt Commemorationem Defunctorum, Dominica Palmarum. Feria quarta Cinerum facit benedictionem Cinerum, & cantat Miſſam. Feria ſecunda Pentecoſtes. In obitu Protectoris, & Epiſcopi tertiam Miſſam.

Supplet vices Archipresbyteri in eiuſdem abſentia.

Theſaurarius.

ORdinat Officium, & cantat Miſſas iuxtà tabulam in titulo ſexto videlicet. In feſto S. Ioachimi, & Sanctæ Annæ Parentum B.V. die tertia poſt Commemorationem Defunctorum. Dominica tertia Aduentus, quæ dicitur Gaudete. Dominica quarta Quadrageſimæ, quæ dicitur Lætare. Feria tertia Pentecoſtes.

Supplet vices Primicerij in ipſius abſentia.

Titulus XXII.

De Officio Canonicorum.

ORdinat Officium, & cantat Miſſas iuxta tabulam, poſitam titulo ſexto. In Ianuario 18. Cathedra Sancti Petri. Februario 24. In feſto S. Matthiæ Apoſtoli. Martio 7. S. Thomæ de Aquino, 12. S. Gregorij Papæ. Aprili 25. S. Marci Euan-

Euangelistæ. Maij 1. SS. Philippi, & Iacobi Apostolorum, 3. Inuentione Sanctæ Crucis. Iunij 11. S.Barbaræ, 30. Commemoratione Sancti Pauli. Iul. 25. Sancti Iacobi Apostoli, 31. Sancti Ignatij Confessoris. Augusti 1. Sancti Petri ad Vincula. 10. Sancti Laurentij Mart. 25. S. Bartholomæi Apostoli, 28. Sancti Augustini Episcopi. Septembri 21. S. Matthæi Apostoli, 29. Dedicat. S. Michaelis Archãgeli, 30. Sancti Hieronymi. Octobris 18 S. Lucæ Euang. 28. SS. Simonis, & Iudæ Apostolorum. Nouembri 9. Dedicat. Basilicæ Saluat. 18. Dedicat. Basilicæ SS. Petri, & Pauli, 30. S. Andræ Apostoli. Decembri 7. S. Ambrosij Episcopi 21. S. Thomæ Apostoli, 28. SS. Innocẽtium, 31. S. Siluestri Papæ. Præterea in omnibus Dominicis totius anni excepta prima Dominica Octobris, tertia Aduentus, quarta Quadragesimæ. Palmarum, Paschæ, Pentecostes, Trinitatis. Ordinant, & cantant etiam in Vigilia Pentecostes. In Vigilia autem Natiuitatis Domini Missam tantum. Cantant Missam in Anniuersarijs singulis quidem mẽsibus pro Ducissa Altemps. Singulis verò annis pro Paulo Quinto. Cardinali Tonto. Petro de Tyrannis, pro Cosmo II. Ferdinando I. Maria Cicconi, & denique in depositione alicuius Canonici.

2 Præter munus ordinandi Officium, & cantandi Missas Canonici.

In Officio Dominicæ in Vesperis intonant Antiphonas

phonas sibi præintonatas ab Assistentibus præter primi Psalmi, & ad Magnificat, quas intonat ordinans officium.

3 In Officio dup. in quo ordinat Canonicns intonant Antiphonas in Vesp. deficientibus Dignitatibus, quod faciunt etiam, quando ordinat Dignitas, deficientibus ipsis Dignitatibus.

4 In Festiuitatibus, quando cantat Episcopus duo Antiquiores sunt Assistentes, Iuniores per ordinẽ Diaconus, & Subdiaconus.

5 In Matutino Natiuitatis Domini cantat Lectiones excepta nona. In Matutino Paschatis Resurrectionis duas primas Lectiones.

6 In Matutinis Tenebrarum quolibet sero duas vltimas Lectiones. Feria sexta in Parasceue Passionem. In Sabbato Sancto quatuor vltimas prophetias.

7 In funere Canonici Lectiones tertij nocturni.

8 Faciunt processionem in prima, & tertia Dominica cuiuslibet mensis.

Titulus XXIII.

De Officio Mansionariorum, seu Beneficiatorum.

1 ORdinãt Officiuui, & cantant Missas Conuentuales quotiescumque fit Officium de feria, & de simplici, & in omnibus alijs, in quibus non

non cantat Episcopus, Dignitas, vel Canonicus.

2 Completorium tamen Officij diuini ordinant toto anno quotidie excepto Sabbato Sancto. Sicut etiam officium paruum B. V. Psalmos Graduales, & pœnitentiales, quando sunt recitandi.

3 In officio de feria legit Lectiones, quando est Homilia in Euãgelium Hebdomadarius Missæ Votiuæ. In Vesperis intonant Antiphonas exceptis sex Antiphonis in sex ferijs ante Natiuitatem Domini.

4 In Officio de simplici solum intonant Antiphonas.

5 In Officio de semiduplici, & infra octauas leguntur lectiones tertij nocturni ab Hebdomadario Misæ Votiuæ, & intonantur Antiphonæ.

6 In Officio de Dominica lectiones secũdi nocturni Mansionarius Hebdomadarius Missæ Votiuæ.

7 In Vesperis præintonant Assistentes Antiphonas Canonici. Cantant Vers. & Benedicamus Domino.

8 In Officio de Duplici ordinantibus Mansionarijs in Vesperis intonant antiphonas, & lectiones tertij nocturni legunt in Matutino.

9 In Officio duplici ordinante Canonico parantur duo cum pluuialibus, qui in Vesperis præintonant Antiphonas Dignitatibus, & Canonicis. Legunt Lectiones secundi nocturni, vt in Dominica.

10 In Officio quãdo cantat Dignitas mane parantur duo tantùm. In Vesperis verò quatuor, &

præintonant antiphonas Dignitatibus, & Canonicis, vt in Dominica.

11 In festiuitatibus, quando cantat Episcopus Mãsionarius hebdomadarius præintonat Antiphonas, & cantat capitulum, primus verò præintonat hymnum, & incensat Clerum.

12 In Matutino Natiuitatis Domini parantur duo. Cantant Inuitatorium, & Psalmum Venite, quod etiam faciunt in Commemoratione omnium Defunctorum. In Matutinis tenebrarum quolibet sero cantant lectionem sextam, & septimam.

13 Feria quarta Passionis, & in Sabbato Sãcto Exultet, & quatuor secundas prophetias.

14 Cantant principium Martyrologij in Vigilia Natiuitatis. Annunciant festa mobilia in Epiphania, Cantant semper Missam Votiuam, & pro Defunctis in Anniuersarijs, & in Exequijs exceptis paucis, quæ cãtantur à Dignitatibus, & Canonicis. In funeribus, quando dicuntur nocturni intonant antiphonas, dicunt Lectiones secundi nocturni, si Defunctus sit Canonicus, si alius sacerdos tertij nocturni.

13 In Processionibus Sanctissimi Sacramenti Corporis Christi, & Feriæ V. & VI. hebdomadæ maioris ferunt hastas Vmbellæ, siuè Baldacchini.

Titulus

Titulus XXIIII.

De Officio Clericorum Chori.

1 IN quolibet Officio ad Matutinum dicũt Psalmum Venite, excepto Matutino in Natiuitate Domini, & Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. Antiphonæ in Matutino, Laudibus, & Horis, & Completorij semper cãtantur ab ijsdem, exceptis quæ pertinent ad ordinantem Officium, & in Matutino Natiuitatis, & in Commemoratione omnium Defunctorum; Paschatis Resurrectionis. Versiculi cantãtur etiam ab ijsdem semper excepto quando parantur Mansionarij;

2 Dicũt Lectiones semper in Officio trium Lectionum, excepto Matutino Paschatis, & Pẽtecostes, & quoties legitur Homilia in Euãgelium. In Officio autem nouem lectionum legũt lectiones etiã secundi nocturni ordinante Officium Mãsionario, & in Matutinis Natiuitatis, & Tenebrarum quolibet sero cantãt quartam, & quintam Lectionem.

3 Respõsoria dicũt semper tam post lectiones, quã breuia excepto in Matutinis Tenebrarum, Paschatis Resurectionis, Commemorationis omnium Defunctorum, & Natiuitatis. Cãtant semper Martyrologium excepto principio in Vigilia Natiuitatis Domini.

4 In Vesperis duplicium, & infrà Octauam Corporis Christi parãtur ordinãtẽ Officiũ Mãsionario.

5 In Missa celebrante Mansionario sunt Diaconi, & Subdiaconi. Celebrãte autem Canonico, & Dignitate solùm Subdiaconi.

6 In Missa Votiua sunt Diaconi, & Subdiaconi die Mercurij, & Sabbati tãtùm. Cantãt Passionem feria tertia, & in Sabbato Sãcto quatuor primas Prophetias, quas prophetias etiam cantant in quatuor Temporibus semper.

7 In Exequijs, & funeribus cãtãt Inuitatorium Regem cui omnia viuunt, & Psalmum Venite, & si dicatur vnus nocturnus tantùm, tres lectiones, si tres, cãtant Lectiones primi, & secundi, excepto si Defunctus sit Canonicus, quia tũc cãtãt Lectiones primi nocturni solùm.

8 In Vesperis funguntur Officio Thuriferarij excepto quando ordinat Episcopus deferunt funalia in Eleuatione, celebrãte Dignitate, vel Canonico in defectu Illyricorum. Assistunt semper Credẽtiæ in Missa Conuentuali.

9 Celebrante Episcopo sunt Ministri ad librum, candelam, Mitram, Baculum Pastoralem, Thuribulum, & ex ipsis duo vltimi deferunt Candelabra.

10 Ex dictis, quæ sunt deprompta ex huius Ecclesiæ antiquissima consuetudine constat Beneficijs Clericorum Chori annexum esse ordinem Diaconatus, hanc igitur ipsam consuetudinem approbantes decernimus, & declaramus teneri omnes, qui imposterum de aliquo Clericatu in hac Eccle-

ſia prouiſi fuerint iuxtà SacrosCanones ad Sacrum Diaconatus ordinem promoueri.

Titulus XXV.

De Officialibus, qui ex ſupradictis Ordinibus deputantur.

PRætermiſſis Cuſtodibus, & Sacriſtis Sanctæ Capellæ, qui in ſuis Officijs á Protectore dependent, & Punctatoribus, & Reuiſoribus punctaturarum de quibus ſatis dictum hac tertia parte Titulo tertio, & quarto, ex ſupradictis ordinibus Dignitatum, Canonicorum, Benefitiatorum, & Clericorum Chori varij deputantur ab Epiſcopo Officiales pro ſeruitio Eccleſiæ Cathedralis. Sunt autem Curati, Sacriſtiæ Præfectus Chori, & Cantorum, Præfectus Eccleſiæ, & Magiſtri Ceremoniarum, de quibus hoc titulo pauca dicenda ſunt.

Et Curati quidem Animarum ſi exequutioni mandauerint,quæ ſecunda parte Synodi de omnibus Parochis præſcripta ſunt, & hac tertia parte Trtulo decimo ſeptimo, abundè ſuo muneri ſatiſfecerint.

De Sacriſtis.

DE Officio Sacriſtæ ſatis in Ceremoniali dictum videtur. Ea igitur diligenter obſer-

ucnt,

uent, In primis magnam curam habeant Clericorum Sacristiæ, & Missis Inseruientium, eorum officijs solerter inuigilent, agendi rationem obseruent, an scholas frequentent cognoscant, & si quando à recto deflectere cognouerint, paternè admoneant, cōtumaces corrigāt: incorrigibiles ad Nos deferāt, vt de illis quid magis expediat, statuamus, alternis hebdomadis omnes conuocēt, atque eis ipsorum Regulas perlegāt: & modo singulos, modo aliquos simul alloquātur, vt omnes scire possint quid in ipsis desideretur.

De Præfecto Chori.

AD Chori Præfectum pertinet curare, vt omnes in diuinis officijs peragendis suo muneri satisfaciant. Vt silētium seuerissimè obseruetur. Vt in Choro omnia decenter, & qua par est pietate fiant: Vt omnes in suis subsellijs permaneant neque hùc, illucque discurrāt. Nemo gestum, aut motum incompositum faciat, aut libros, vel litteras legat: vel dum alij psallūt, dormitet, aut priuatim Horas recitet: Idem Præfectus inhibebit præproperam psallentium festinationem, vocum dissonantiam, & quicquid in Choro perperam fieri animaduerterit: dabitque operam, vt cūcti vniformi ritu stent, sedeant, genuflectant, caput aperiant, tegant, attentè, deuotè, ac reuerēter diuinis mysterijs intersint. Si quem viderit sæpius ad

Chorum

Chorum serò venire, vel ab eo & intempestiue recedere, vel per socordiam, aut malitiam laborem debitum subterfugere, vel crebrò in cantu pronũciatione, vel aliter in suo munere errare; benignè admonebit, & prætereà etiam punctari videbit, & Punctarores pũctare tenebũtur, quoties ab eodem Præfecto fuerit significatum.

De Præfecto Cantorum.

1 PRæfectus Cantorum inuigilabit, vt nõ solum Cantores ipsi, sed etiam Magister Cappellæ, & Organista quam diligentissimè suas partes adimpleant. Singulis mensibus deputabit duos Pũctatores, à quibus exiget iuramentum de fideliter pũctando, & sine acceptione Personarum. In fine verò mensis vtrumque librum Punctaturarum recognoscet, & si quos fortè sæpius viderit in suo munere peccare, nisi admonitiones profuerint ad Episcopum deferet, vt dispiciat an notabiliter negligentes seuerius puniendi sint, aut etiam amouẽdi.

2 Non facile concedat licentiam, vt vnus inseruiat pro alio, sed solum, cum id grauior aliqua causa postulabit. Vt autem vltrà tres dies à seruitio Chori etiam in casibus necessitatis aliquis absit nulla ratione concedet, sed ad Episcopum referet, eo absente ad Vicarium Generalem.

De

De Præfecto Ecclesiæ.

Officium Præfecti Ecclesiæ erit quotidie totam Ecclesiam perlustrare, & ter saltem in hebdomada omnia, & singula Altaria visitare inuigilando, vt per Ministros Ecclesiæ, ad quos spectabit omnia sint rectè composita, & munda potissimum verò Altarium suppellex, mappæ, manutergia, candelabra, cruces, vrceoli; Vt pallia sint coloris festiuitatibus congruentis: vt quotidie Missis finitis Altaria corijs, aut telis cooperiantur, vt pulueres sæpè decutiantur, lignea scabella altarium, vulgò Predelle, & pauimenta intra cancellos, ac parietes circa altaria sint munda, ac purgata. Vno verbo vt omnia sint talia, qualia requiruntur in Domo Dei. Negligentes autem in suo officio nisi viderit admonitiones prodesse, mulctabit etiam per subtractionem alicuius partis salarij. Vel etiam, nobis priùs consultis, ab officio remouebit.

De Magistris Cæremoniarum.

1 Præter ea, quæ de ipsorum Officio in Cæremoniali dicuntur, quæ sæpius recognoscere consultum erit, meminerint ad se spectare Concionatorem ad Pulpitum, & lectorem casuum con-

scientiæ

ſcientiæ ad locum deſtinatum ducere. Ad eoſdem ſpectare volumus admonere Clericum Sacriſtiæ, qui habet curam Chori quandocumque opus fuerit, vt ſilentium populo circunſtanti imponat, tumultus, ac ſtrepitus ſedet: candelas in Altari ſi cõtingat extingui, accendat, ſi decidant, reponat, ſi nutent, in candelabris ſtatuat: canes in Chorum irruentes expellat: denique prohibeat circa Chorum fieri, quicquid videri poſſit indecentius, aut diſtrahere poſſe diuinas laudes celebrantes.

2 In ijs verò, quæ ad ipſorum officium ſpectant, præcipimus, & mandamus, vt in illis omnes obediant, & eorum dum ſacras functiones exercẽt tàm in Choro, quàm extra non tantum verbis acquieſcant, ſed etiam nutibus obtemperent: Quod ſi quid occurrerit, in quo ab ipſis Magiſtris cæremoniarum diſſentiant; nihilominus dum diuina officia peraguntur pareant, & poſtea priuatim, ſi videbitur, proponant.

3 Singulis Sabbathis affigant in Sacriſtia Tabellam, quomodo diuina officia, & Miſſæ ſequenti hebdomada celebranda ſint.

Si quid acciderit dubij circa cæremonias ſacras ad Deputatos referent, nec quicquam illis inconſultis innouabunt.

Titulus XXVI.

De Patribus Pœnitentiarijs

1 RESident omnes in Pœnitentiaria in omnibus Dominicis, & festis de præcepto totius anni, & sexta quaque feria in Quadragesima, & in tempore Concursus, quod incipit à primis Vesperis Natiuitatis B. V. vsque ad diem Commemorationis omnium fidelium Defunctorum ante prãdium inclusiuè, & à Dominica in Passione vsque ad Octauam Corporis Christi.

2 Alijs Temporibus, hoc est à die Commemorationis Defunctorum vsque ad Dominicam in Passione, & ab Octaua Corporis Christi vsque ad primas Vesperas Natiuitatis B. V. diuisi in duas classes resident alternis hebdomadis.

3 Tempore cõcursus indulgetur, vt in singulis hebdomadis dimidia pars Patrum alternatim in vno die feriali discedere possit à Pœnitentiaria, quando incipit pulsari ad Tertiam, & vacare per reliquam illam diem.

4 Tempus conueniendi in Ecclesiam ad audiẽdas Confessiones est sub finem pulsus Matutini, & ad Vesperas: nisi multitudo Peregrinorum exigat, vt eant maturius.

5 Tempus recedendi à Pœnitentiaria Horis Matutinis est post absolutam Nonam, & in Quadragesima post Vesperas, quãdo dicuntur ante prãdium.

Horis autem Vespertinis post absolutum Completorium, & Matutinum B. V. quando recitatur, sed si sit multitudo Peregrinorum tempore cõcursus solent remanere etiam diutiùs.

Titulus XXVII.

De Clericis Collegij Illyrici.

1 COnueniũt ad diuina Officia in omnibus Dominicis, & festis de præcepto ad Tertiam, & intersunt Missæ, & post prandium ad Vesperas, & prætereà in solemnitatibus, in quibus solet cantare Episcopus, etiam ad primas Vesperas illarum.

2 In Choro psallũt simul cum alijs, & in Eleuatione Sanctissimi Sacramenti deferunt funalia, quòd etiam faciunt ad Euangelia in nocte Natiuitatis, & ad Euangelium pariter in Missis Episcopalibus.

3 Ordinante, & celebrante Episcopo afferũt indumenta pontificalia, prout illis à Magistris cæremoniarum fuerit iniunctum, & deferunt Candelabra ad Capitulum, & Orationem. Eunt etiam ad publicas Processiones post Clericos Sacristiæ, & solẽt etiam interesse in Choro in nocte Natiuitatis, & Officijs hebdomadæ maioris.

Titulus XXVIII.

De Priuilegijs; Redditibus; Emolumentis; & Obuentionibus supradictarum Personarum residentium in Ecclesia Cathedrali.

1 OMissis Pœnitentiarijs, & Alumnis Collegij Illyrici, quibus Ministri Sãctæ Domus prouident indepẽdenter ab Episcopo, & Syndico Capituli, & alijs Officialibus Cleri, dicetur solùm in hoc titulo de personis de quibus hactenus actú est.

2 Quicquid spectat ad Ecclesiæ ædificia, & sartá tecta, vel ad suppellectilem sacram, aut ad oleùm, aut ceram, suppeditatur à Ministris Sãctæ Domus ad nutum Episcopi.

3 Capitulo, & Clero; prout comprehendit omnes Dignitates; Canonicos; Mansionarios, seù Beneficiatos; & Cleros Chori concessit Paulus Quintus sub datum Romæ die trigesima Aprilis 1615. Vt non solùm, qui in Ecclesia Lauretana resident, sed etiam; qui ab eadem causa infirmitatis; seù tam hyemali, quam æstiuo tempore vacationum, vel occupationis, pro seruitio Almæ Domus, seù Capituli abfuerint; & sic absentes extra residentiam decesserint, testari possint non tamen in fauorem illegitimorum, & incapacium, & disponere valeát quacumque alia ratione dè omnibus bonis, iuribus, & actionibus, etiam de redditibus Ecclesiasticis, & pẽsionibus, & alias vndecumque, & qualitercum-

que

que licitè tamen per eos acquisitis, & prætereà vt ipsis non testantibus, vel non disponentibus eorum hæredes ab intestato succedere possint, ac debeant.

4 Clemẽs Octauus indulsit eisdem, vt essent exempti, & liberi ab omnibus decimis, Tertiarijs, collectis triennium, & alijs quibuscũq; impositionibus Cameralibus quomodocumque nũcupatis tàm impositis, quàm imponendis.

5 Iam verò singulis de Capitulo, & Clero, hoc est omnibus Dignitatibus, & Canonicis tantum antiquioris institutionis, Beneficiatis, & Clericis Chori debetur iuxtà determinationem Clemẽtis Octaui ex omnibus redditibus, eleemosinis, & quibuslibet bonis portio infrascripta in pecunia numerata soluenda bis in annò, quando capsa eleemosinarum aperitur per Ministros Sanctæ Domus Syndico Capituli.

Archidiacono soluuntur scuta ducenta triginta. Singulis alijs tribus Dignitatibus videlicet Archipresbytero, Primicerio, & Thesaurario scuta ducenta viginti, Duodecim Canonicis antiquioris institutionis scuta ducenta, singulis Beneficiatis centum viginti. Singulis Clericis nonaginta. Quatuor Canonici fundati à D. Margarita Celsa habent ex bonis stabilibus singuli annuos redditus scutorũ centumtriginta. Quintus verò Canonicus constitutus à Cardinali Sannesio dicitur habere ex locis montium Curiæ Romanæ scuta ducenta

septuaginta quinque.

6 Sancta Domus prætereà singulis Dignitatibus, Canonicis duodecim veteris institutionis, Beneficiatis, & Clericis Chori attribuit Domum ad inhabitandum, & tempore infirmitatis omnes medicinas, & Dignitatibus quidem, & Canonicis etiam pro vno famulo.

7 Eadem Sancta Domus ex conuentione inita cum Capitulo, & Clero pro certo numero Missarum, quæ quotidie priuatim per dictum Capitulum, & Clerum celebrari debent, dat quadraginta sportulas, hoc est singulas singulis ex dicto Capitulo, & Clero, non comprehensis tamen quinque Canonicis nouæ erectionis, sportulæ autem sunt pænis vnciæ triginta duæ, & vini vnum boccale; sed Dignitatibus, & Canonicis duodecim antiquioris institutionis dantur etiam singulis singuli passus lignorum, vel tria scuta monetæ, & Archidiacono ex antiqua consuetudine vini duæ fogliettæ quotidie.

8 Eadem Sancta Domus quoties pro ipsius Benefactoribus peraguntur Anniuersaria cum interuentu totius Capituli, & Cleri, vel cantantur aliquæ Missæ extra ordinariæ cum eorumdem interuentu toties soluit quatuor scuta monetæ diuidenda solùm inter Interessentes, iuxta formam distributionum, nota autem hoc emolumẽtum quatuor scutorum participari etiam à quinque Canonicis nouæ erectionis, iuxta formam suarum distributio-

num,

num ; Quod si Sancta Domus pro Benefactoribus, vel alia ex causa cantari velit Missas sine interuētu Capituli, cū Diacono tantū, & Subdiacono, toties quoties soluit duos iulios, ex quibus sex baiocchi Sacerdoti, Diacono verò, & Subdiacono singulis quatuor, Magistro Cæremoniarum tres, totidem Clericis Sacristiæ obtingunt.

9 In occasione funerum, & Exequiarum interueniente toto Capitulo, & Clero, si Defunctus non sit exterus, neq: Porta Ciuitatis egrediendum sit, soluuntur sex scuta, si Defunctus sit exterus, vel Porta Ciuitatis exeundum scuta decem, & diuisio fit semper iuxta distributiones, ità tamen vt Canonici nouæ erectionis participēt pro æquali portione cum Canonicis antiquioris institutionis.

10 In Exequijs quæ celebrātur sine interuētu Capituli nihil certi cōstitui potest quòd eleemosinæ modò pinguiores, modò tenuiores, modò nullæ sint.

11 In casibus, in quibus distribuuntur candelæ toti Clero, vt accidit in quibusdā funeralibus, & Anniuersarijs, & in die Purificationis, seruatur modus infrascriptus.

12 Singulis Dignitatibus dantur candelæ duarum librarum, Canonicis vnius libræ, Mansionarijs sex vnciarum, Clericis Chori vnciarum quatuor; Magistris tamen Cæremoniarum, & Sacristis dantur candelæ vnius libræ.

Sicut etiam in distributione pecuniarum per occasionem Missarum, quæ cātātur, & Anniuersariorum

rum quorumdam, in quibus casibus diximus fieri diuisionem pecuniarum iuxtà distributiones, habetur peculiaris ratio quorumdam Officialium, nam Magister Cæremoniarum, & celebrans, & Sacrista Mansionarius tractantur tamquam Canonici, sicut etiam Diaconus in Missa, si sit Mansionarius; si verò Sacrista sit Clericus Chori, vt etiam Subdiaconus in Missa tractantur tamquam Mansionarij, excepta tamen Missa pro Defunctis, quæ cantatur pro Ducissa ab Altemps singulis mensibus tunc enim diuisio fit iuxtà distributiones pro omnibus, nec habetur vlla ratio officiorum, vel celebrãtium, vel Ministrãtium, sed solum graduum, vt solet fieri in distributione punctatuarum.

Ordini per li Cantori.

1 SI come quelli, che saranno Sacerdoti, ò in sacris doueranno osseruare le nostre Constitutioni Sinodali per quello, che tocca alla vita, & honestà de Chierici, così anco gl'altri, che fossero laici, ò etiamdio coniugati si sforzeranno di fugire ogni scandalo, & col buono essempio mostrare di essere degni del officio angelico che essercitano.

2 Obediranno tutti non solamente al Prefetto della Musica, mà ancora al Mastro di Cappella nelle cose spettanti à gl'Vffitij loro, & di più anche à

quello,

quello, che in assenza di detto Mastro di Cappella terrà il suo luogo.

3 Nessuno potrà ricusare l'Vffitio di Pontatore, & questi saranno doi & si mutaranno ogni mese, & faranno il solito giuramento in mano del Prefetto della Musica, al quale finito il mese mostreranno i libri, & deuideranno subito le puntature fatte conforme al giusto, & però procurerãno prima di tutti essere in Choro, & prima di partire ogni volta conuerrãno insieme per aggiustare le puntature, acciò che nell'vno, & nell'altro libro siano conformi.

4 Osseruaraanno nel Choro, e mentre cantano la debita modestia, & silentio, stando in piedi, e scoperti, se nõ fosse al tempo, che si cãtano salmi in falso bordone.

5 Mentre essercitarãno il loro Offitio di cãtare tutti vestiranno vesti lunghe, & la cotta, & nel Choro de Preti, è Processioni fuor di Chiesa vseranno anco la beretta clericale.

6 Non potrãno portare ne ciuffi, ne zazzere, ne collari con lattuche, ò con pizzi, ne maniche, ò calzette di colori allegri, come rosso, incarnato, verde, turchino.

7 Due volte l'anno hauerãno tutti la sua Vacãza, come há il Capitolo, eccetto li soprani, che seruono sempre, & anco quelli, che per prima nõ hauerãno seruito tre mesi questa Cappella; Coloro poi, che sarãno presenti in Loreto nelle solẽnità occor-

renti nel tempo di vacãza, cioè Purificatione, Natiuità di S. Giouãni, Santi Pietro, & Paolo, Visitatione, S. Anna, S. Maria della Neue, Tràsfiguratione, Asũta, & le Messe delle quattro Tempora doueranno interuenire tutti, benche franchi.

8 Il seruitio, al quale è obligata tutta la Cappella fuori de tempi delle Vacanze, e come segue.

9 Alli Matutini di Natale, della settimana Santa, Pasqua di Resurettione, Commemoratione de Morti.

10 Al Te Deum Laudamus, & Benedictus, nelle solennità, cioè Circumcisione, Epifania, trè dì di Pasqua, & Pentecoste, Ascensione, Corpus Domini, Trinità, Transfiguratione. Tutte le Feste della Madõna, & la venuta della S. Casa, S. Gioseffe, S. Ioachino, S. Anna, S. Gio. Battista, S. Pietro, & Paolo. Tutti li Sãti S, Gio. Apostolo, S. Stefano.

11 A Terza solamente, quãdo è Messa Põtificale.

12 Alli Vesperi primi, e secõdi, dal principio al fine, quãdo canta il Vescouo, Dignità, ò Canonico, & al Motetto solito dopo Vespro, cioè ogni volta, che si canta terza, se però non ci è processione, ò Litanie.

13 A tutte le Messe Conuentuali, eccetto quãdo si canta la Messa della Feria.

14 A tutte le Messe Votiue, che si cãtano ogni dì, eccetto li seguenti; Ogni volta, che cãta il Vescouo, Dignità, ò Canonico. Il dì della Cenere, Martedì Santo, & gli altri seguẽti della settimana Sãta.

Le

Le Rogationi. Vigilia di Pẽtecoſtẽ, giorno di Morti, feſta di S. Cecilia, Vigilia di Natale.

15 A tutte le Meſſe de Morti tãto ordinarie, quanto ſtraordinarie, ſe ſi dicono in tempo, che non è vacanza.

16 A tutte le Proceſſioni, nelle quali interuiene il Capitolo.

17 A tutti li Morti à quali và la Croce del Capitolo.

18 Al Te Deum, quando ſi apre la caſſa, & al Motetto nella Venuta de Signori Cardinali, ò Prencipi ſecondo il ſolito.

